Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala
Estante
Tabla
Número

A. 23663

# IGNIS PVRGATORIVS

## POST HANC VITAM

ex Græcis, & Latinis Patribus Orthodoxis, Hæbreorumq́ doctiſsimis, ac uetuſtiſſ. aſſertus

à

*Bartholomæo Valuerdio, & Gandia Villenate.*

Acceſsit eiuſdem pro Igne Purgatorio, Sanctorum interceſsione, Sacrificiis, Suffragiis, & Oblationibus, pro Aris, & Imaginibus, Vaſis, Veſtibus ſacris, & Sacerdotiorum ordinibus, ritibusq. Sacrorum, atque adeò externis omnibus Catholicæ Eccleſiæ cultibus, & ceremoniis,

APOLOGETICVM.

*Ad S. D. N. Gregorium XIII.*

Del Colº de la Comp. de [illegible] de Gran^da

*Cum approbatione S. Inquiſitionis, & Reuerendiſſ. Do. Epiſc. Patauini, aliorumq́. inſignium Theologorum.*

Patauii, Laurentius Paſquatus excudebat,
M. D. LXXXI.

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala
Estante
Tabla
Número

R. 23663

# IGNIS PVRGATORIVS POST HANC VITAM

ex Græcis, & Latinis Patribus Orthodoxis, Hæbreorumq; doctiſsimis, ac uetuſtiſſ. aſſertus

à

*Bartholomæo Valuerdio, & Gandia Villenate.*

Acceſsit, eiuſdem pro Igne Purgatorio, Sanctorum interceſſione, Sacrificiis, Suffragiis, & Oblationibus, pro Aris, & Imaginibus, Vaſis, Veſtibus ſacris, & Sacerdotiorum ordinibus, ritibusq. Sacrorum, atque adeò externis omnibus Catholicæ Eccleſiæ cultibus, & ceremoniis,

APOLOGETICVM.

*Ad S. D. N. Gregorium XIII.*

Del Coll.o de la Comp. de Jhs de Gran.da

*Cum approbatione S. Inquiſitionis, & Reuerendiſſ. Do. Epiſc. Patauini, aliorumq. inſignium Theologorum.*

Patauii, Laurentius Paſquatus excudebat,
M. D. LXXXI.

PATRI PATRVM, ET PA-
STORI MAXIMO, AC SANCTISS.
GREGORIO XIII. PETRO
TEMPORIS NOSTRI,

*Bartholomæus Valuerdius Gandia, humillima pedum oſcula.*

*QVAMQVAM ij, qui extra Eccleſiam Dei conſtituti ſunt, paſtorum Paſtor maxime, ac ſanctiſs. GREGORI, exaſperari ſolent, & vehementer commoueri, ſi ſe, & ſententias ſuas, ab aliquo uident poſſe reprehendi: memor tamèn Dominicæ ſollicitudinis, quæ propter vnius ouiculæ iacturam, ceruicibus etiam ſuis, & humeris non peper-*

cit, conatus ſemper ſum, vt potui, tantæ virtutis exemplum, ac Dominici laboris induſtriam, mediocritate qua dignum eſt, ſeruus imitari. Itaque per hos dies, quibus mihi Catholicæ Maieſtatis iuſſu, apud Sereniſſ. Imperatricem degendum fuit, cum nouas opinionum, & errorum labes animaduerterẽ, quæ & cõcordiam publicam, & Religionis auctoritatem, aliquot in locis uehementer comminuerent: Ventrem meum (vt Scripturæ verbis vtar) ventrem meum dolui, & concaluit cor meum intrà me, & in cogitatione mea exarſit ignis; lugens quidem vineam Domini deuaſtari, & perire, quod ille ait, Sata læta, boumq́; labores. Quis enim tam adamantini eſt pectoris, qui æquo animo ferat, Romanam Orthodoxam, Catholicamq́; Eccleſiam, Chriſti ſanguine redemptam, Petriq́; principis Apoſtolorum prædicatione, & martyrio fundatam, à vulpeculis iſtis, qui dudum, ex foueis neſcio quibus

proſiluerunt, impeti, & oppugnari? Quis inquam, tolli ab aliquibus, Sanctorum merita, Anniuerſaria, Miſſas, Ieiunia, Suffragia? quis ſepulturas, et Exequias contemni? rideri Purgatorium, & miſeris animabus, nec cœlum, nec terram, ne Infernum quidem relinqui? Feci ergò Sanctiſſ. Pater, quod mei muneris eſt, & more apum, quæ non ex vno roſeto, ſed ex diuerſis floſculis, materiam illã ſibi deligunt, qua poſtea cellas ſuas nectare complent; breues quaſdam ſententias, ad omnes illorũ errores confutandos maximè aptas, & optimè à Sanctiſſ. Patribus ad eum finem ſcriptas, ex eorum voluminibus collegi, vt eas ſine ullo æſtu, & feruore diſputandi, doctioribus, quibus cum ſæpè agendum mihi fuit, validè opponerem. Harum partem vnam, qua Ignis Purgatorius, ex Græcis, & Latinis Patrib. aſſeritur: edere decreui. & quoniam multi in Germania ſunt, in tribus linguis peritiſſimi, Hæbreorum ad

*eam rem ſententias ſummo à me labore, ſtudioq́; collectas adiũxi, vt tandèm intelligant, coganturq́; fateri Ignem Purgatorium, a Græcis, Latinis, Hæbreis, Ætnicis, Arabib. Chaldæis, agnitũ, confirmatumq́; fuiſſe. Addidi Apologeticum pro Suffragiis, Imaginib. Vaſis, Veſtibus Sacris, & Sacerdotiorum ordinibus ritibusq́; Sacrorum, atq́; adeo externis omnib. Catholicæ Eccleſiæ cultib. & Ceremoniis; & quoniam toto ſuo Pontificatu, nihil Sanctitati Tuæ, prius aut antiquius fuit, quam ſtudia literarum, omneſq́; bonas artes fouere, viros probos, et literatos amplecti (id quod multis profecto, præclarisq́; teſtimoniis S. T. cõprobauit) ſummaq́; prudẽtia, iuſtitia, et tranquillitate omnia moderatur, et ꝑditas has nouarum opinionum, & hæreſum labes exſtinguere, & delere contendit: propterea quaſi neceſſe eſt, Tuam Sanctitatem, his tantorum virorum pro Religione pugnantium, monumentis nũc adeſſe; ut ſciant vniuerſi te vniuerſalis Eccleſiæ Paſtore & principe, de reb. hactenus optime ab Eccleſia conſtitutis, ac Diuini Spiritus cõſilio, et inſpiratione confirmatis, nihil à quoquam poſſe cõuelli. Humanitatis verò eſt, munus èxiguum hoc licet, vt à Catholicæ Eccleſiæ, et Sanctitatis tuæ filio, & cultore eximio profectum, libenter accipere. quod vt facias Beatiſſ. Pater, et auctorum dignitas, & ipſius rei argumentũ, & eximia tua virtus, & pietas maxime poſtulat, et ipſe omnibus precibus à te contendo, vt & alia quoq. de cæteris, quæ nunc maximè agitantur controuerſiis, ſi uita ſuppeditauerit, dare poſſimus, ad hunc eundem Relligionis honorem, ac defenſionem Chriſtianæ veritatis pertinentia. Vale optime, et pijſſime Pontifex. Deus T. S. Eccleſiæ ſuæ diu, & fœliciſſimè ſaluum et incolumen ſeruet.*

*Dat. Pataüij Kal. Ianuar. Anno 1581.*

# BAR. VALVERDII

pro Igne Purgatorio, Sanctorũ interceſione, Sacrificiis, Suffragiis, & Oblationibus, pro Aris, & Imaginib., Vaſis, Veſtibus ſacris, & Sacerdotiorũ ordinibus, ritibusq. Sacrorũ, atque adeò externis omnibus Catholicæ Eccleſiæ cultib. & ceremoniis,

## APOLOGETICVM.

*CHRISTI Redemptoris noſtri gloriæ, eiuſq. diuinæ ſapientiæ adſcribendum eſt Chriſtiane Lector, ut ea tantùm parte excitari hæreſes patiatur, quatenùs ad id pertinent, ut ſuorum ſegnitiem expergefaciant, non pietatem euertant, & funditus tollant. Hac benigna Dei noſtri prouidentia factum eſt, ut horum & ſuperiorum temporum tàm multæ, tàm periculoſæ, ac peſtilentes ſectæ, non ſolùm Chriſtianam ueritatem non obſcurarint: uerùm etiam multò eam fecerint illuſtriorem. Quidquid enim hactenus nominis acquiſiuere, qui iſtarum hæreſum fuerunt principes, & auctores, iamdudum cœpiſſe deflореſcere, & cùm exiguo tempore, in tot partes ſecta una diſſecta eſt: ſenſim emarcuiſſe uidemus. Iam enim poſt Luteranos, Pneumatici,*

D. Auguſt. lib. de Vera Relig. Ca. 8.

*Hæreſes illuſtriorem faciunt Chriſt. Veritatem.*

Sacramentarii, Picarditæ, Anabaptiſtæ, Caluin
ſtæ tandèm emerſerunt, & emerſuri alii ſunt, qui=
bus nunc ſolum deeſt, ut nomen, quo à cæteris di=
ſtinguantur, Scythicum fortaßè, aut Sarmaticum
illis excogitetur: & horùm monſtrorum crimẽ in il
los ut duces recidat, fiatq; ſignificatio qualia funda
mẽta iacta ſint, ſup quae huius generis ædificia, ha
ctenus conſtructa fuerunt, & quotidie miſerandum
in modum conſtruuntur. An enim ſibi laudi du-
cunt ſi pro Catholicis Caluiniſtæ, ſi Luterani pro
Chriſtianis appellentur? Dignos nos exhibeamus co
gnomẽto quod accepimus. qui enim alio nomine ap=
pellatur, præter iſtud, ſi non eſt Dei, non ſuſcipit
prophetiam illam quæ de nobis ait: Vocabitur nomĩ
ne nouo, quo Dominus nuncupabit eum, & erit po=
pulus ſanctus. quod impletum eſt primo in Syria,
nam in Antiochia, diſcipuli Chriſtiani appellati
ſunt, Paulo & Petro Eccleſiam fundantibus. Itẽ
D. Athanaſ. Nunquã populus ab Epiſcopis ſuis,
ſed à Domino, in quem creditum fuit, nomen acce
pit. Certè à Beatis Apoſtolis praeceptorib. noſtris,
miniſtriſq; Euangelii, Saluatoris noſtri, appellatio
nes adepti non ſumus, ſed à Chriſto Chriſtiani, &
ſumus, & nuncupamur. Illi uerò qui aliunde origi=
nem ſuæ fidei deducunt, meritò auctorum ſuorum

D. Ignat. Epiſt. ad Magneſ.

Ex Iſa. 62. Lat. Vocabitur tibi nomen nouum, qđ os Dom. nominabit.

Athan. Orat. 2. com. Arrianos.



cognomenta, ut ad quos pertineãt, præſeferunt: ut
Marcioniſtæ, Valẽtiniani, Manichæi, Cataphy
ges, Nouatiani, Meletiani, Arriani. Nos uerò
omnes, ut antea, conſueto more Chriſtiãi nomina
mur. Nã quamuis Magiſtri inuicem ſibi ſucce-
dãt, noſque illorum diſcipuli ab illis acceperimus,
quæ ſunt Chriſtianae fidei, uihil tamen inde ob=
ſtaculi naſcitur, quo minus ob id, & titulo & re
Chriſtiani appellemur. Contra qui haereticos ſe
quuntur, tametſi millies mille ſucceßores habeãt
omnes tamẽ nomen eius, qui primus haereſin ad
inuenit, referunt. Certè è uita exẽpto Ario, cum
multi ex grege illô, eius uices, ſucceſsioneq. ſuſcipe
rent, tamen oẽs qui eiuſdẽ cum eo ſententiae fue
runt ex Ario, notas ſuas, inſigniaq; habẽtes, A=
riani nuncupãtur, qđ re uera eximium, et admira
bile argumentum eſt. Nã qui nunc etiã ex genti
lib. omiſſa idolorum ſuperſtitione, ad Eccleſiã ue
niunt: non Catechizãtium, Fideiq; rudimẽta tra
dentium, nomina: ſed Saluatoris in ſe trãsferunt,
& pro gentilibus Chriſtiani incipiunt appellari.
Qui uero ex eodẽ genere ad iſtos abeunt, aut ab
Eccleſia ad hæreſin trãſitum faciunt: nomẽ Chri
ſti derelinquunt, & Arianorum uocabulum in=
duntur quaſi qui non amplius fidẽ Chriſti retine

D. Epipha.cõt. Marciõ.

*ant,ſed Arianæ inſaniae gregales habeãtur &c. Epiphã. Non p̃dicãt ſeipſos Apoſtoli,ſed Ieſum Chriſtum Dominum. Quapp non eſt ſecta, aut Eccleſia ulla,in Apoſtolorum nomẽ renunciata nunquã .n. audiuimus,uel Petrinos, uel Paulinos,uel Bartholomæos,uel Thadæos, ſed iã inde ab initio una fuit p̃dicatio Apoſtolorum oĩum, qui non ſeipſos p̃dicarunt, ſed dominum Ieſum Chriſtum. Quocirca unum oẽs Eccleſiæ poſuere nomen,atq. eam non ſuã,ſed Domini ſui Chriſti Ieſu dixere, cùm ab Antiochia ipſa primitus Chriſtiãi uocari cæpere,quæ quidẽ ſola eſt Catholica ſiue uniuerſalis eccleſia, non aliud quidquã habens.quippe quæ Chriſti,& Chriſtianorum eſt Eccleſia,non Chriſtorum,ſed Chriſtianorum;qđ is unus eſt,& iſti ab eo uno denominãtur Chriſtiani. Poſt hãc, eiusq; p̃cones,aliae oẽs non apparent eiuſdẽ eßе characteris,pp epitheta, et adiectitia noĩa, Manichæorum,Simonianorum,Valentiniarum, & Ebionitarum: quorum unus tu quoq. es Marcion,& à tuo noĩe noĩantur, qui à te ſunt ſeducti,te ipſum,non Chriſtum p̃dicante. Videtur certè Epiph. & Athanas.noſtra hæc calamitoſiſſima tẽpora ante oculos habuiſſe. Et enim ab illa primùm officina prodiiße iſti exiſti-*



*mandi ſunt, qui ſpecioſis his titulis tãtos in Chriſtiano nomine tumultus excitarunt; acceduntq. hæc illorum magiſtrorum laudi, & gloriæ, ex quibus maior ſemper in eos hominum inuidia concitabitur. Quamquam humani huius nominis, & famæ, leuis eſt ſanè,& perexigua ratio, ſi cogitationes ſuas ad illud tempus retulerint,cum æquiſſimo Iudici Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, factorum omnium & conſiliorum noſtrorum reddenda erit ratio;cùm illi ipſi,qui nunc homines latent,interiores,& reconditi cordium motus,quales fuerint,quas in partes inclinauerint,ſine diſſimulatione erunt aperiendi,& Dies Domini,qui in Igne reuelabitur,declarabit, uniuſcuiuſq. opus quale ſit: Quid enĩ obſecro neceſſe fuit tanta cum Chriſtiani populi offenſione, maxima noſtræ religionis fundamenta, in dubium reuocare? quid inquam,(ut aliqua,eorum quae conuellere auſi ſunt,exempli cauſa commemorem) damni fuerat in hac parte, ſi maioribus noſtris uiſum fuit,nouæ legis Sacramẽta, eo complecti numero quo & à Chriſto Domi. inſtituta ſunt, & quiadmodum Sacris literis ſit familiaris præſertim cùm non eandem nec uim, nec neceſſitatem, æque oĩb. tribuant? quid hìc uel Euang. doctrinæ*

Septenarius Sacramentorũ numerus S. Scrip. familiarſ.

aduerſatur,uel eã obſcurat? aduerſãtur autẽ illi, & obſcurant, qui nobis quidẽ iuncti ſunt cognomine, ſententiis non ita,neq; uerò ex eorum ſentẽtia, certus conſtitui numerus poteſt. Multò uerò curioſiores,magisq. ſupfluæ contẽtiones illæ,ac pugnæ,quas iſti,quo plus cæteris ſapere uiderentur, ſuſcitarunt,quæ cùm ad eas ſubtilitates ducant, quæ ne ab ipſis quidẽ,qui ultro,citroq. de illis cõtẽdunt, ſatis ĩtelligãtur: audebimus et iſtas pomposas rixas,ĩter res cognitu neceſſarias collocare? Quid curioſas illas,& inutiles atq. adeò pernicioſas diſputationes, & ſentẽtias ĩ uulgus admirãdas,commemorẽ? in quib. excepta animarum ꝑnitie, & certa falſitate, reperire nil ꝑterea aliud poſſis. ut illa ſunt quæ de Arbitrii libertate ab iſtis diſputatur, Neceſſitate oĩa, nil libero arbitrio fieri;Non ad opera ſed ad fidẽ uim iuſtificãdi ꝑtinere; Oĩa ſcelera abſorberi uno momẽto ſtãte Fide;Contritionẽ itẽm,& peccatorum Confeſſionẽ afflictionesq; & macerationes carnis,oĩa(ut aiunt)hoĩum excogitata ſtudio, infæliciorẽ reddere;Virtutes quas Morales uocãt, eſſe peccata, ut & opera quæuis ante adeptam charitatem;In Baptizatis pueris manere peccatum;Contritionem,quæ diſcutiendis,colligendiſq. peccatis

Sacramentor. numerus hæreticis incertus.

Inutiles hæretic. diſputationes, ĩ pietatis tantũ,& falſitatis plenæ



comparatur,hypocritam facere, & magis peccatorem. Quiduero illa? Omnibus eſſe communes Ecſiae claues; Chriſtianos oẽs eſſe Sacerdotes; quo quid magis impium, & blaſphemum excogitari poteſt? Etenim ſi omnes ſacerdotes ſunt,licet omnib. baptizare, offerre, immolare, ſacra facere, quod ſi licet:cur D. Ignatius,nil horum ſine Epiſcopo fieri permitit? Cur Nyſſenus,eos,qui prioris uitae ſordib. non dum abſterſis, ſed illotis manib. ad Sancta accederent,iam ſuo tempore reprehendit?Verba illius ſunt: Quod multitudo uocem illam audire non potuit,ſed commiſit Moſy,ut ipſe perſeipſum ſecreta illa perciperet, populumq. poſtea doceret,quæcunq. diuina doctrina didicerat: id quoque in Eccleſia fieri totum uidemus. Non enim permittitur omnibus ad myſteriorum cognitionem ſeipſos intrudere,ſed eligitur unus è multis diuinarum rerum capax,cui cæteri auditum cum obedientia praebeant,illud ſibi credendum,faciendumq. putantes,quod ab eo qui initiatus eſt, audierint. Non omnes(inquit)Apoſtoli ſunt, ſed prophetae omnes,quod hodie in multis eccleſiis parum ſeruatur. Nam multi cum adhuc prioris uitae maculam non abſterſerint,ipſi illoti,ac amictu uitae ſordido utentes,irrationalem ſenſum in om=

D.Ignat. Epiſt.ad Tral. Nyß. lib. de uita Moſys.

Nyß. lib. de uita Moſys.

nibus pluris facientes, diuinum hunc aſſenſum rapere audent, unde ipſi ſuis cogitationib. quaſi lapidibus obruuntur. nam haereticorum opiniones lapides quidam ſunt, quib. prauorum inuentores dogmatum abutuntur. Quid ergo magis ſtultum, aut ridiculum excogitari potuit, quam quod iſti docuerunt, Pueros, & mulieres etiàm aeque abſoluere à peccatis, atq. Papam; Cui è media praeſertim plebe iſta non arrideant? quê non ſtimulent, ut tandem facto agmine ſancta occupent, & his ſublatis ritibus nouam pro libidine rerum faciem in Eccleſia introducant? At uero, ſi quae Chriſtiani orbis regio Amazonas haberet, nil proprius fieri potuiſſet, quàm ut hoc quoquè perpetuum ſuorum factorum monumentum, poſteritati relinquerent, ut tranſlato ad muliebrem ſexum ſacerdotio, idq. firmiſſima uirorum authoritate, ipſae Eccleſiaſtica quaeuis officia adminiſtrarent. Illa demum quam interiora & recondita, Eſſe mortalium mortaliſſimum non credere ſe eſſe damnabilem, & peccato obnoxium corã Deo? Contagionem illam naturae, quàm Fomitem appellant animas remorari, quo minus in caelum eant; Lynceos oculos. Nullum eſſe animabus poſt hanc uitam Ignis Purgatorii locum, & ſi ſit ani

Animas à cælo, Fomite excludunt, hæretici

mas



mas perpetuo ibi peccare tandiu dum horrent paenas & requiem expetunt. Abſtruſam Deus immortalis philoſophiam? Peccare ne animas corpore ſolutas? neque plus habere commodi, quàm quæ in corporib. uiuunt? Ego uerò, (quod poſtea fuſius probaturus ſum) non ſolum non peccare, ſed eas ēt ab admiſſis purgari, & remiſſionê accipere, noſtris orationib. & ſacrificiis puto, nihilominus, quam qui hìc uiuunt. Itaque non peccant amplius, nec noua ueterib. crimina adiiciunt, quod faciunt ut plurimum, uiuentium animae, ſed tantummodo uel nulli ſunt rationi reddendae obnoxiae, uel ſemper utiq. de criminibus detrahunt, & ita ad Chriſti Seruatoris participationem, meliùs multò ſe habent plurib in corpore uiuentibus. atque adeò etiam ſeipſis ſi eſſent in corpore. Quin imo hoc ipſum ſolum, quod nudae ſunt corpore, efficit ut ſint multo aptiores, ad participationē ſacrificiorum, quàm fieri poſſet ſi eſſent in corpore. Cum enim ſint illic multae, & diuerſae manſiones, ut nihil ſit non remuneratum apud iuſtum, & clementem iudicem, quemadmodum qui ſunt maximis digni præmiis, & perfecti, perfectaeq. beatitudinis haeredes, ea purius fruuntur diſſoluti quàm cum erant in uita: ita qui medio-

eres in hac quiete collocati ſunt, eos conſentaneum eſt melius ſe habere, cum hinc receſſerint, quàm dum uiuunt in corpore. Quomodo autem melius ſe habeant, ſi quamdiu horrent paenas, tandiu peccant? Ecquid illud? Eaſdem quae uiuentium Suffragiis, à paenis liberētur, minus beari? nimirum ut hac perſuaſione, & illae diutius torqueantur, & nos ad pietatis opus ſimus pigriores. Cum uenirem ad uos, ait Paulus, ueniebam non in eminentia ſermonis aut ſapientiae, annuntians uobis teſtimonium Dei, non enim me iudicaui quidquam ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum; & ne forte in Ieſu Chriſti appellatione, arbitrarere interiectas immenſas de Diuinitate diſputationes, addidit: Et hunc crucifixum. Rurſus Formam habeto (ait idem, diſcipulum inſtituens) ſanorum ſermonum, quos à me audiſti, cum fide & charitate, quae eſt in Chriſto Ieſu. At uero, ſani ſermones eſſe qui poſſunt, qui ex ſanis inſanos faciunt? Quid .n. de externis cultibus, & ceremoniis dicam? quae illi omnia, ita ad ſpiritum, & ad mentem redigenda eſſe docuerunt, ut nil prorſus oculis, nec auribus, nil communibus hominum ſenſibus reliquum eſſe uoluerint? Sic igitur congrediamur. An omnis religio, omnis adorandi, uenerandiq. Dei ceremonia

*Inutiles & inanes diſputationes fugiebat Paulus.*



in ipſis intimis, abditisq. cogitationibus, & in tacita ſolum uoluntate conſtitenda eſt, nec eſt extra ſignum aliquod, indiciumq. proferendum, quod incluſam noſtram pietatem erga Deum, ad oculos ſpectantium traducat, & deferat? quid ſibi ergò templa iſta uolunt, quae tanto & tam magnifico opere, ubiq. ferè gentium, quà Chriſtianum nomen in honore eſt, facta atq. ornata extant? Quid aſſiduae in illis, Deum perſonātium, & pro populo rogantium, Sacerdotum preces? Quid ipſi ordines graduſq. ſacerdotiorum? Quid arae? Quid ignes? Quid ueſtes luculentæ & uariae? atque (ut Poeta inquit) auro oſtroq. rigentes? quas dum ad ſacrificandum Deo ſe apparant, more ſolenni atq. priſco induere ſacerdotes ſolent; neque putant fas, ſine illis in myſticis ſacris tractandis Deo ſe offerre. Cantus uerò, & uoces, & tibiæ, & Symphoniam chori celebrantes, tùm autèm minorum maioribus aſſurrectiones, inter pares mutuae ceruicum inflexiones, complexus, comprecationes, pacis oſcula, quae cuncta à comuni Eccleſia, non adſcita modò, atq; recepta, uerùm etiàm praecepta, atq. inſtituta omnibus ſunt, nonne perſpicuè indicant, cultum & religionem in ſummum Deum, non ſolùm in ſpiritualibus, & intimis adorationibus, uerùm

*Externa, pietatis ſigna, cultus, & ceremonias, eſſe neceſſarias, accurata diſputatio.*

*Templa.*

*Preces.*

*Ordines ſacerdot.*

*Ara*

*Ignes.*

*Veſtes ſacræ.*

*Cantus Symphoniæ Chorus.*

*Salutationes*

*Pacis oſcula, quor. Paul. ſæpe meminit & Iuſt. 2. Apolig. ad Anton.*

*etiàm externis ceremoniis ſuſcipi,& adhiberi oporteré? Nam illud quidém credi nullo modo poteſt, quae ſpiritu Dei catholica Eccleſia regatur, eam ad haec agenda,atque inſtituenda,nullo bono conſilio, ſed inani,& irrita ratione fuiſſe motam. Ita ego hoſce qui à nobis defecerunt,omniaque iſta perturbarunt,non alio magis nomine eſſe deteſtandos cenſeo,quam quòd ritum hunc omnem,& communem eccleſiae conſentientis ceremoniam,quae in ordine quodam,& in pulcherimo more ſita eſt, ſuo quidq. loco,& ſuo tempore agendi,miſcere penitus & confundere ſunt conati, ut cùm hoc externum noſtrae pietatis teſtimonium ſuſtuliſſent, ſeque ea ratione,ab hominum oculis,& animaduerſionibus quaſi in occultum,& abditum recepiſſent, tùm demùm licentius gererent ſe erga Deum, atque inteſtinae uoluntatis arbitrium. Atqui in his conſtituendis eam rationem ſequuta eſt Eccleſia, ut per ea,rudiorum hominum & ſenſu magis, quàm ratione ſe mouentium mentes, in animaduerſionem ſummi Dei,& ad ſtudium colendae pietatis adducerentur. Itaque (ut aliquid in tranſcurſu dicamus) duplex ordo rituum, & ceremoniarum inductus eſt. ſunt enim quae à ueritate mentis profectae ceremoniae, in corpore ipſo conti*

*Eccleſiam, quæ Dei ſpũ regitur, optimo cõſilio ad iſtas ceremonias inſtituendas fuiſſe motam.*

*His externis pietatis indiciis auferendis,quid quæ ſierint hæretici.*

*Quid in his conſtituendis ſecuta ſit Eccleſia.*

*Externis cultibus,& ceremoniis ad ſtudium pietatis comouentur.*



*nuò, & in his quae iuncta ſunt corpori ſuſcipiuntur.quas nos ſemper pias,ſemper ſanctas & ſalutares eſſe dicimus.quod genus preces, Dei que inuocationes ſunt, & ſublationes deiectioneſq. uultuum,& oculorum,& capitis,corporis, genuum flexiones; in quibus ſummum bonum eſt ueritas, ſummum ſcelus ſimulatio; Sunt item è contrario quæ non magis à ueritate proficiſcuntur, quàm aſpirant,& contendunt ipſae ad ueritatem;cuiuſmodi iſtae iam exiſtunt exteriores,quae in templis,ornatibusq. templorum,in uarietate ordinum,in ritu quorundam ſacrorum,in cantibus,in ueſtibus,in feſtorum dierum celebrationibus ſitae ſunt. quarum omnis tractatio,& actio,ad doctrinam & eruditionem populi ſumta, atq. inſtituta eſt. Sunt enim plaeriq. homines profectò,atque utinàm non maxima multò hominum pars,qui cum ſuis cogitationibus excitari, atq. adduci ad Deum agnoſcẽdum, & ad illius eximiam benignitatem ergà nos intelligendam, gratiaſq. illi pro facultate agendas,non queāt: his externis rebus,atq. exemplis,quæ in oculos incurrute, quae ſenſibus offeruntur, pulſati ſaepius & admoniti,curam & meditationem aliquam ſuſcipiant Chriſtiano nomine dignam. quorum in animos,intimaſq mentes haec ſimulacra fidei, ac*

*Duplex ordo ceremoniar. aliæ à ueritate mẽtis proficiſcuntur, aliæ ad ueritatem contendunt.*

*Corporis motus,& geſtus.*

*Varietas ordinũ in Eccl. Ritus Sacrorum. Dies feſti.*

*Externis reb. atq. exemplis, pigriores ad pietatem excitantur.*

pietatis, tanquam à foribus ſenſuum, infarcienda ſunt, ut poſſit de inde in illis, uera aliquando fides, & pietas aduerſus Deum, ſedem ſibi & locum domicilio conſtituere, hæc igitur ſi de populo, & de eo genere hominum, quod ſanè plurimum, & frequentiſsimum eſt, quod affectionibus animi magis regitur, quàm conſilio, habetq; ſibi, non quomodo rectè Deum colat, ſed quemadmodum licenter, & ſuo arbitratu uiuat præcipue propoſitum: huic ego hominum generi, inſtabo, & contendam non ſolùm utilia, ſed neceſſaria etiam huiuſmodi eſſe ceremoniarum documenta, quæ per auditum, & uiſum animos ſpectantium commoueant, ut Dei eſſe uelint ſtudioſi, ac colentes. quod uel in primis formæ, & ſimulacra Diuorum ex marmore, aut ære ducta, aut in tabulis, parietibuſq. depicta, facere intelliguntur. Nam cum mens & ratio, in hoc nobiſcum corpore ſimul concluſa ſit, atq. ita diuino numine copulata, ut quo ad Deus idem qui nos effecit, & condidit, hanc ipſemet animæ, corporiſq; iunctionem diremerit, uinculumq. mortalis uitæ diſſoluerit, debeat ea intereà, totam hominis molem regere, & ſuſtinere, illamq ſecum in quam ipſa cumq; partem ſe uerterit, trahere, atq; conuertere: nequaquam eſt abhorens, neq. alienæ, piæ ac re

Ceremoniar. documenta prorſus neceſſaria.

Sanctorum imagines inuictis rationib. defenduntur.



ligioſæ menti, habendæ ſunt ceremoniæ quibus, dominam ſuam Rationem, corpus tendentem ad Deum, & ad illum propius applicare ſe cupientem, ſuis & ipſum motionibus, ſuis compoſitionibus, & figuris ſuo habitu, geſtu, ſubſequi conetur, quippe quòd capiti & duci ſuo obſecundans, ad imperium illius præſto ſit, paratumq; ſe exhibeat. quòd ſi mens nuda eſset ipſa in ſeſe, & nullo membrorum in uolucro irretita, aut etiàm ſi iuncta & implicata cum corpore, ſola tamen agere per ſe, & ſine corporis adminiculo moueri, ac niti ad ſummum Deum poſſet: eſsent fortasſis externæ corporis geſtiones, ad colendum, & uenerandum Deum minus neceſſariæ. Cum uerò illis imaginibus rerum corporearum, quæ per uarios ſenſus in anima impreſsæ, corpoream ſemper menti, & cogitationi noſtræ ſuggerunt naturam, ratio ipſa ita nitatur, ut quam diù in hac uita ſit, his tanquam fundamentis, & gradibus ſublata: ſic demum ſcandere in cælum & ſe conſtituere in ſummo bono poſſe uideatur, cumq; illæ ipſae imagines, quae menti Deum contemplanti ſubſeruiunt, eaedem ſint corporis & membrorum dominæ, ad ducendum illud atq. flectendum in quam uiſum fuerit partem: quis eſt tàm auerſus a uero, qui haſce in corpore

In Ceremonijs externis, corpus, dominam Rationē ſuis motib. & geſtu ſubſequi conatur.

Validum, & inuictum, pro Cerem. argumentum.

*& motu corporis,ceremonias mentis iudicio & uoluntati parentes,illiusq. ueritatem & ſinceritatem conſequentes,alienas eſſe à pietate audeat dicere? cùm preſertim eadem ueritas , quae animum & uoluntatem ergà Deum commouit , corpus unà cum uoluntate eodem motu impellat,unamq hãc inter ſe connexã ſecum trahat ſeriem, & mentis, Deo ſe ſubmittentis, & corporis mentẽ tanquã dominam ſequentis: quòd ſi in omnibus planè agendis,tractandis,conſiderandiſq.rebus,corporis conſenſu & miniſterio animus utitur:num in adorando, & uenerando Deo,illius tantùm reiiceret ſocietatem,conſenſumq. nihili ducet ? & hac una in re agenda dumtaxat,ab illo ſe ſegregabit? qui & ſi à Deo dominus ipſe corporis eſt creatus, corpus tamen ab eodẽ auctore factum, atq. compactum, ſocium ſecum eiuſdem humilitatis, & erga Deum obſeruantiae,non debet repudiare. iure itaq. nos, neq id natura ſolum ſed conſilio etiàm perbono, ita motum mentis motionibus corporis aſſequimur , ut ſiue animus peccati & culpae conſcius proſternat ſe,atq. abiiciat coram Deo,corpus eundem geſtum, eundemq. actum ſubeat, atq. conficiat.ſiue agendis pro accepto beneficio gratiis, mentem ad Deum cogitationemq. tollamus: eandem*

*ad*

*Si in omnib. reb. corporis miniſterio animus utitur: cur in colẽdo Deo, ſe a corpore ſegregabit?*

*Ita Publicanus.*



*ad Deum ſublationem uultus , oculi, manuſq́ ſequantur,ſiue quid quoquomodo ſtudeat animus , atq. decernat, repentè tanquam in ſpeculo , ſic in corporis motu, illud inteſtinum animi conſilium, uoluntaſq. cernatur. Iam illæ pectorum percuſſiones , capitum inclinationes,genuum inflexiones, quæ paſſim in communi Eccleſia adhibentur,imitationes ſunt, & ſimulacra animi uarios in ſe affectus ergà Deum ſuſcipientis. quæ ſi falſo & per ſimulationem uſurparẽtur: eſſentq. ementita,atq; ficta, maximum nimirum hoc crimen, & nefaria improbitas conſceleratæ mentis exiſteret. Sed ſi ita habet ſe intus res , ſi eſt uoluntas conuerſa ritè ad Deum,ſi animus,ſi mens,ſi ratio in ipſo Deo uere collocata eſt:cur repellamus corpus a pietatis huius, atq. aduerſus Deum uenerationis conſortio ? quod præſertim huic rei factum, natumq. eſt , ut præceptionibus animi, & imperiis,eius opera, & miniſtratio ſemper parata ſit? An cùm & ipſum in partem gloriæ, & immortalitatis uenturum aliquando apud Deum ſit,non in hac uita cupiditatẽ quoq. eius rei ſuam, aliquibus ſignis præſeferet? non gratias aget conditori ſuo? non illum colet quibus poterit modis ac uenerabitur? Non eſt profectò,nec corporis quidem ipſius humilitas,ac reuerẽ*

*Percuſſiões pectoris, capitis inclinationes Genuum flexiões, quid ſibi uelint.*

*Ratio quæ euincit, neceſſarias eſſe externas cere.*

tia Deo ipſi ingrata, qui ſe ita coli atq; apppeti ab omnibus creatis rebus uult, quantum eſt in una quaq. re naturæ, ad id faciendum & facultatis. in quo tamen genere corpus præſertim humanum, naturis cæteris antecellit, ut quod etiam ſi ipſum ratio non ſit: domeſtica tamen ratione, atq; mente regatur, ac moueatur, itaq; ipſum iure Spiritus Sancti templum appellat Paulus. idemque cum aſſiduas preces, obſecrationeſq. exigit, ut omni tẽpore fundamus ad ſummum Deum, nonne mentem in illis precibus è ſuis penetralibus ſedibus egreſſam, in uocem, & in labia iubet progredi? corporiſq; ſibi uſum, & miniſterium aduocare? nam quod detecto capite uiros, uelata coma mulieres, in Eccleſia uult eſſe: num non ad externas iam id pertinet ceremonias? Ieiunium uerò, & decimarum Deo dicatio, percuſſioq. pectoris, nec non deiectus oculorum in terram, oriſq; demiſſio, quæ ſunt cuncta in Publicano illo, ueniam ſibi à Deo deprecante, per Dominum expoſita, & comprobata, nonne in corpore teſtimonia ſunt animi, cum Deo rationes ſuas piè conferentis? quamquàm quid ego ſingula colligo potius, quàm illud uniuerſum proloquor, cultum & uenerationem ſummi Dei, cum in anima, & in corde uerè ſuſceptus ſit:

D. Paulus externas ceremonias aſſerit.

Chriſtus externa pietatis ſigna in corpore ſuſcepta, probat.

Epilogus de neceſſitate externar. cerem.



etiam in corpore ipſo propè neceſſariò ſuſcipi; tum quia corpus animam, tanquam imago ſempèr ſequitur, tùm quoniàm, aequum, rectùmq. eſt, ut tota noſtra creatio, quæ ab Deo ſimùl effecta, compactaq; eſt, ſimul etiam Auctori ſuo, & Conditori agat gratias, cùm præſertìm, ſi ueritas ea, quæ animum in Deum commouit, eadem & corpus, ad affectus animi imitandos moueat: non queat extraneum, nec alienum dici, quod ductum ab animo, & eadem cum illo ueritate conflatum, in unam atq. eamdem conuenit operationem. Sed de his corporis geſtibus, & ceremoniis, quæ ſunt animi motibus, & uoluntatibus adiunctiores, non tam acris fortaſſe, apud litigioſos homines quæſtio ſit, & ſi hæretici prorſus eas oẽs repudiaſſe uiſi ſunt, cultumq. & ſtudium Omnipotentis Dei, in una tãtum Fidei profeſſione poſuiſſe. ideoq. impii homines in ſimulacra omnia, imagineſq. Sanctorum eò intemperantius, furioſiuſq. debacbati ſunt, cum ea e tẽplis, atq. delubris, & locis ſacris, profaniſq. omnibus eiicerent & abolerent, quò per illa acrius admonebantur, ut continentiæ, & innocentiæ nec non eius quam Sancti, & diuini uiri coluiſſent paciențiæ, & ſobrietatis uellent eſſe memores. Rectè enim Imaginib. exhibitum honorem, non ad ipſa

Hæreti. quo fine in Imagines Sanct. furioſè debacbati.

ſimulacra, ſed ad Prototypumreferri, docuit D. Athanaſius. Ac ut de earum uenerandarum antiquisſimo uſu, ideſt, ab Apoſtolis ipſis, ducta conſuetudine, pauca nunc in tranſcurſu attingam; quis non miretur ſi ea legerit, quæ de Polæmone Nazanzienus, & de Meletio ſcribunt Chryſoſtomus, & Nicephorus? nempe illius imagine conſpecta, (ſolebant ob eximiam uiri ſanctitatem, ædium liminibus appingere Athenienſes) ſcortum ab adoleſcentis domo, quem adire ſolebat repentè fugiſſe: huius uerò, annulis, poculis, phialis imprimi ſolitã ut hæc (inquã) omittã neq..n. externa ueſtigamus cum noſtris abundemus, nomẽ Symeonis Stilitæ imagines, Romæ collocatas apud Theodoritum legimus? Non ſcribit Euſebius, Magnum Conſtãtinum, æneam Danielis imaginem cum leonibus, medio foro poſuiſſe? Baſilius hiſtorias Martyrum, Prophetarum, Apoſtolorum per omnẽ Orientem erectas honoraſſe? Hilarium Crucis, & Ioannis Baptiſtæ imaginem (ut ſcribit Damaſus) ex argento auream feciſſe? Neque commemorabo quæ Ignatius, Martialis, Cyprianus, Tertullianus, Origenes, Athanaſius,

Athan. Orat. Quod Vet. et Noui Teſta. unus ſit legislator. et Orat. con. Arria. Ita ſcrib. Baſil. epiſt. ad Iulian.
Naziãz. Carmine de Virt.
Chryſoſt. in Oẽcomio Meletii. Niceph. Lib. 6. hiſtor. Ca. 35.
Polæmonis philoſophi imago, ſcortum fugat.
Meletii philoſophi imago Catholicis adamata.
Theodor. uita Simeonis, qui à colũna, inqua uitam egerit, Stilites dictus.
Euſeb. lib. 3. de uita Conſtan. Cap. 48.

Baſil. Epiſt. ad Iulian. ex Actis Concil. Nic. Damaſ. uitis Pontific. Hilarius Ioan. Bap. Imag. inhonore habet.



Iuſtinus, Ambroſius, Hieronimus, Theodoritus Euagrius, & his omnibus antiquior Dionyſius, Areopagita, de Crucis imagine ſcripta reliquerunt. Conſtat certè Paulam illam, tãtis, & tam ueris laudibus a Hierony. celebratã, Crucis imaginem adoraſſe in Caluaria. Ad Crucifixi uerò uerſus, & carmina miſiſſe Paulinum. Nyſſenum, pasſionis Chriſti figuram cum lachrymis aliquãdo contemplatum. Imagines Petri, Pauli, Abrahae, Adam, & Euæ, iã ſuo tempore commendabat, Auguſtinus. Damaſcenus uerò, Euagrius, & Nicephorus, (ne ſine auctore loquamur) alicubi produnt, ab ipſo Redemptore ſui ipſius imaginem ad Abgarum miſſam. Perſarum Regem Chriſti & Virginis Imagines accepiſſe. Lucã eiuſdẽ Deiparæ, Petri etiã, & Pauli pinxiſſe,

Iuſt. in Dialo. & Apolo. 2. pro Chriſtianis.
Abdias, Vitis Apoſtol.
Ambros. Ser. 35. de Cruce. Theodor. Lib. 5. Cap. 36.
Euagr. li. 1. C. 15. & 16. Lib. 4. ca. 25. 26. 27. 34.
Areop. lib. de Eccleſ. Hierar.
Hieromy. Epitaph. Paulæ.
Paula Crucẽ adorat in Caluaria.

Pauli. Epiſt. 12. ad Seuerum. Nyſſen. Orat. de Patriar. Abraham. D. Auguſt. lib. 2. de Viſit. infir. Ca. 3. lib. 5. con Iuli. Pelag. Cap. 2. Lib. 22. con. Fauſ. Cap. 73. De conſen. Euang. lib. 1. Cap. 10. Damaſ. li. 4. de Fid. Orth. cap. 17. Euagr. Lib. 4. Ca. 26. Niceph. li. 2. hiſt. ca 43. & li. 6. ca. 16. & li. 14. ca. 2. Nicodemus pinxit imaginem Chriſti. auctor Athanaſ. lib. de Pasſiõ. imag. Dom. no. Ie. Chr. Sozom. lib 5. hiſto. ca. 20.

Nicodemum uerò ipſius Redemptoris. Hoc Chriſtianis ſæpe faciendum, non modò Sozomenus ſed,

Citat Baſil. Epiſ. ad Iulian. & Euſeb. li. 7. Ca. 14. quo Canone nixi, teſtantur Imaginum uſum, ab Apoſt. manaſſe.

quae maiorem authoritatem habet , Synodus Antiochen. præcipit his uerbis : Non debent Seruati , circa Idola errare , ſed pro eis , incontaminatam ueri Dei , ſimul & hominis , Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſeruorum ipſius manibus efformatam imaginem contra Idola & Iudæos erigere. Cur haec non legunt Imaginum oppugnatores , & qui cum omnes librorum paginas , & columnas excutiunt, uideri ſe uolunt in Eccleſiaſticis hiſtoriis , Decretiſq. Pontificum diligenter fuiſſe uerſatos , cur cum Imagines oppugnant , & Sanctorum interceſſionem iniquo animo ferunt , cur ( inquam ) Octauæ Synodi Oecumenicæ illa uerba non conſiderãt: Cum Deum unum in Trinitate adoremus, neceſſe eſt etiam uenerãdas eius Imagines excolamus: qui uerò non ita ſentiunt, ſint Anathema , & ab Eccleſia expellantur. Cur antiquiſſimam illam, et inſignem Nicolai primi, ad Imp. Conſtantinop. epiſtolã non legunt? ubi inter alia Pontifex: Nuſquam frigidus nuſquam tepidus labor ſanctorum Apoſtolicæ ſedis præſulum, circa ſacrarum Imaginum debitam reuerentiã, & competentẽ uenerationẽ apparuit. Nec defuerunt Sacrar. Imag. oppugnatorib. prædeceſſorum noſtrorum certamina.

Sub Eugenio Papa 4. Florẽtiæ ſeſſ. 5. Tõ. 2. Cõc. pag. 763.

Nicol. 1. anno Do. 819. Tom. 2. Cõcil. pag. 135. impreſ. Colon.



Qui hoc egerunt ſcriptis , hoc diuerſis laborib. hoc etiam ſuis increpationibus apud mundi huius principes, ut talis error eminus pelleretur . Item paulo poſt? In cauſa ſacrarum Imaginum, ante ſanctiſs. Methodium , quin imo & ante Synodum in Nicea ſub Hirene congregatam , cum adhuc hoc ſchiſma nouiter eſſet exortum, & Conſtantinopolitanos penè cunctos , more peſtilentiæ inuaſiſſet : Romani præſules Gregorius inter cæteros, & Stephanus, conuocatis Epiſcopis Occidentalium regionum, inueniuntur fortiter dimicaſſe, & hoc funditus condemnaſſe. Hic eſt ille Papa Gregorius eximia uir eruditione , & pietate inſignis , qui quo tempore Leo, & Conſtantinus Impp . ſacras Chriſti, & Genitricis, omniumq. Sanctorum imagines ſuſtulerunt, magno fidei ardere permotus, decreuit ( utor , ipſius Decretalis Epiſt. uerbis) ut ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & Apoſtolicæ Eccleſiæ , fidelem uſum contemnens, aduerſus eandem uenerationem Sacrarum Imaginum, uidelicet Dei, & Dom. noſtri Ieſu Ch. & Genitricis eius ſemper Virginis immaculatæ, atq. glorioſæ Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & omnium Sanctorum, depoſitor atque deſtructor, & prophanator , uel blaſphemator extiterit: ſit extorris a cor=

Anathema Iconoclaſtis

Greg. 3. natione Syrus Latinè Græceq. peritiſſ. Tom. 2. Cõcil. Impreſ. Colon. P. Quĩtel , Ann. 1538. pag. 98.

Anathema Iconoclaſtis

pore & ſanguine D.N. I. C. uel totius Eccleſiæ unitate atque compage. Hic ergo Gregorius, Orthodoxæ fidei æmulator, ac defenſor fortisſimus, Sex (inquit illa Epiſtola Decretalis eximiis laudib. Max. huius Pontificis pietatem commen-
2. Tom. Cō cil. pag. 99. dans) columnas onychinas ab Eutychio Exarcho ſibi conceſſas, duxit in Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, quas ſtatuit circa præsbyterium, ante Confesſionem, tres à dextris, & tres à ſiniſtris, iuxta alias antiquas ſex Philoparias, ſuper quas poſuit trabes, & ueſtiuit eas argento mundisſimo, in quo ſunt ex preſſæ ab uno latere effigies Saluatoris, & Apoſtolorum, & ab alio latere Dei Genitricis, & Sanctarum Virginum. poſuitq. ſuper eas lilia, & fara argentea, penſautia in unum libras 700. Hic fecit Oratorium intra eandem Baſilicam iuxta arcum principalē in parte uirorum, in quo recondidit in honorem Saluatoris, Sanctæq. eius Genitricis Reliquias Sanctorum Apoſtolorum, & omnium Sāctorum Martyrum, ac Confeſſorum, iuſtorumq. perfectorum in toto orbe terrarum quieſcentium. Et ſtatim, Fecit Cruces pendentes numero quatuor. Corōnàm auream cum Cruce pendentem in gemmis ſuper altare. Patenam, & Calicem aureum, par unum. Aquam aniles

niles



niles argenteos duos, & in Imagine Sanctae Dei Genitricis diadema aureum in gemmis: & collare aureum in gemmis. Et cum gemmis pendentib. in aures habente hyacinthinas ſex. Et faciem altaris & Confesſionem cum Regiolis ueſtiuit argento (non grauabor locum, & ſi longiuſculus eſt, integrum adſcribere, quo pudore ſuffundantur, qui in templis precioſum ornatum auri, et argēti ferre non poſſunt) et in tribus laterib. altaris poſuit cruces argenteas quatuor penſantes in unum lib. 30. Caniſtra argentea duo, Calicem argēteum unum quotidianum; Coronulas argenteas quinq. Statim: Hic fecit ī Eccleſia Sanctæ Dei Genitricis Ad praeſepe, p circuitum ſuper columnas regulare candelabrum ad inſtar Eccleſiae Beati Petri Apoſto. Fecit & ibidem in Oratorio ſancto, quod, Ad præſepe dicitur, Imaginem auream Dei Genitricis, amplexātē Saluatorē Dominum, Deum noſtrum, in gemmis diuerſis, penſantē lib. quinq. Rurſus: Imaginem Sanctae Dei genitricis antiquam deargentauit, ac ueſtiuit argento mundisſimo penſante libras 50. Item fecit patenam auream magnam cum diuerſis lapidib. penſantem libras 26. Et calicem ſimiliter in gemmis penſantem libras 29. Fecit & tectum nouiter ſimul, &

cameram S. Andreae Apoſtoli, & in eadem Baſilica imaginē aureā in gemmis B. Andreae Apoſt. penſantem lib. 7. & intra Confeſsionem ueſtiuit argento, quod deaurauit auro mundisſimo. Paulopoſt: In Baſilica S. Dei Genitricis, quae Ad Martyres, dicitur, tectum uetuſta icuria de molitum purgari fecit ad purum, &c. Item Baſilicam S. Dei Gen. in Aquiro in qua ante Diaconia, & paruum Oratorium fuit, eam a fundamentis longiorem, & laxiorem conſtruxit, atque depinxit &c. Magna haec pietatis indicia, illud uero inuictae animi magnitudinis, & eximiæ ſanctitatis, quòd comminatorias literas ad Leonem, & Conſtantinum Impp. Imaginum uaſtatores miſit, quib. eos ab immani errore reuocabat. Hic eſt ille, Cōſtātinus Leonis Iconomachi, F. cuius ob oppugnatas in primis Sāctor. Imagines, eiuſmodi Elogium extat apud Suid.: E Leone nata eſt uerſuta pardalis, de ſerpentino ſemine aſpis atrox, & Serpens Volaticus, e Dane Antichriſtus. Lege ſanciuit, ne quiſquam prorſus ſeruorum Domini, Sanctus diceretur. ſed, & ut eorum Reliquiæ conſpuerētur, nec eòrum interceſsio peteretur. Deinde adiecit homo nefarius, ne Mariae quidem interceſsionem

Suid. Voc. Conſtantinus



quiſquam petat, neque enim eam iuuare quēquam poſſe. quod horrendum, nefarium, & impium dogma, noſtri temporis haereſiarchae, in Conſtantino, ut Euphorbus in Pythagora renati, dum ſuſcitant: miror curioſos homines, illa diſsimulare quae de Sanctiſſ. Genitricis laudib. ſummi uiri prodiderunt. Nam ut obiter, ex infinitis, quae collecta habeo, Graecorum Patrum teſtimoniis, aliqua percurram, prodeat D. Epiphan: Dico (inquit) illam eſſe Caelum, Thronum, & Crucem, extendens enim ſanctas ulnas, Dominum portauit Thronus Kerubicus, cruci formis, & caeleſtis, de qua per Scripturas in caelos incumbo, & conſpicio illam ab Angelis adorari. Heſychius: Iſte cognominat eam Matrem Lucis, ille Stellam uitae, alius Dei thronum appellat, alius Templum maius caelo; alius Cathedram, non inferiorem cathedra Cherubica, alius Hortum non ſeminatum, fertilem, incultum; Vitem uuarum feracem, ualde florentem, intactam; Turturem mundam; Columbam impollutam; Nubem pluuias incorruptas continentem; Specimen cuius gemma Sole ſplendidior; Fodinam unde prodit lapis totam terram tegens, à nullo inciſus; Nauem mercib. refertam, nulloq. egentem gubernato

Epiph. Serm. de laud Mariæ.

Heſich. Serm de Deipara.

re; Theſaurum locupletantem; Alii Lucernam mortis expertem, quae à ſe ipſa iugiter ardeat; Arcam arca Noe latiorē, longiorem, illuſtriorem. Rurſus Epiph. Ad te clamamus, recordare noſtri Sāctiſſima Virgo, & retribue nobis pro iſtis eloquiis magna dona ex diuitiis tantarum gratiarum. Iterum: Recordare noſtri Sanctiſſima Virgo, intercede hera, & Domina, & Regina, & mater Dei pro nobis. Idem Heſych: Surge Domine in requiē tuam, tu & arca sāctificationis tuae, quae eſt haud dubie uirgo Deipara. Si enim tu es gemma, meritò illa ē Arca, & quia Sol ex iſtis: neceſſario Virgo uocabitur Caelum. Cum ſis flos immarceſſibilis, profectò Virgo erit planta incorruptionis, & paradiſus immortalitatis, in quam Eſaias, nuper acclamabat: Ecce uirgo concip. quæ nam? mulierum egregia, è uirginib. electa, praeclarum naturae noſtrae ornamentum, gloria luti noſtri, quae Euam pudore, & Adamum comminatione liberauit, audaciam Draconis abſcidit, quam concupiſcentiae fomes non attigit, neq. uermis uoluptatis laeſit. Chryſip. praeſbyter Hieroſolym. Aue ſemper gratia plena. Aue quae uuluam adepta es praeter naturam, uel ipſis caelis latiorem. Aue fons lucis, omnem hominem illuminans. Aue ſolis ortus, qui

Ibidem.

Ibid.

Item Hæbrei uetuſtiſs. āte Chriſtū, hūc locum de futura Meſsiæ matre exponebant.

Chriſip. præſb. Hyeroſoly. Ser. de Dei para.



nullum ferre poteſt accaſum. Aue armarium uitae; Aue quae es chorus patris. Aue pratum totius fragrantiae S. Spiritus. Aue radix omnium bonorum, Aue ſpecimen gemmae, omne precium ex cedentis. Aue uitis uuas pulchras producens. S. uerò Andreas: Salue laetitiae organum. Salue uerè benedicta. Salue illuminata. Salue magnificum diuinae gloriae templum. Salue conſecratum Regis palatium. Salue thalame, in quo Chriſti humanitas deſponſata eſt. Salue electa Deo, antequàm nata. Salue diuina cum hominib. reconciliatio. Salue theſaure uitae immarceſſibilis. Salue caelum Solis gloriae caeleſte tabernaculum. Salue Dei ager āpliſsime. Salue ſancta uirginalis tellus. Salue ſanctum Dei fermentum. Salua ſis immenſi gaudij genitrix. Salua ſis noua gloriae arca. Salue Vrna aurea. Salue ſeraphica myſtici anthracis fibula. Inueniſti gratiam, quam non accepti Sara, quam non ſenſit Rebecca, quam nec Rachel cognouit. Inueniſti gratiam, qua non digna eſt habita nobilis illa Anna, nec Phennena. Ecquid Magnus ille Athanaſius? Decet (inquit) te Matrē Regeneratricem, Dominam, ac Heram cognominari, eò quòd ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noſter, aſſiſtentem illi, nobis quidem teribili, tibi au

S. And. Hieroſoly. in Salutat. Deip.

Ad calculū ſine carbonē ignitū aluſſū quo purgatus ē Iſaias.

D. Athanaſ. Serm. in Euang. de Sanctiſs. Deipara.

*tem dulci, omnēq. gratiam largienti, qua de cauſa factum eſt, ut Gratia Plena appellata ſis, ut poteque, omni gratia abundares, idque per ſuperuentum in te Spiritus S. ideoq. Vultum tuum deprecantur omnes diuites plebis. Rurſus: Audi filia Dauidis, & Abrahae, & inclina aurem tuam ad preces noſtras, & ne obliuiſcaris populi tui, neque noſtri, qui ſumus de familia, & domo patris tui.*

Ibid.

*Idem: Quemadmodum ii, qui campo oberrantes, & calore æſtuāt ſi montē ſubeāt uelut rore conſperſi, in umbra ſubter arbores montis, uel aqua ſedāt æſtum flammæ: ad eundē modum hominibus quoque facta ē Sācta Virgo, quæ rore quodā ſui partus, animas hominum æſtu peccati confectas in uitam reuocauit, & in umbra alarum ſui filii fouit.*

Quæſt. 118. ad Antio. princ.

*Auguſt. Quid dicam pauper ingenio, cum de te quidquid dixero, minor laus ē, quā dignitas tua meretur. ſi Caelum te uocem, altior es. ſi matrem gentium dicam, praecedis. ſi formam Dei appellem: digna exiſtis ſi Dominā Angelorum uocem: per omnia te eſſe probaris. Quid hic dicturi ſunt impii, qui Euangelicam ſalutationem, magicum uocant Exorciſmum, maximamq. Sanctiß. Dei genitrici inferri iniuriam, cum appellatur Regina cæli, & domina mundi? Vos ergo ſapientiores eſtis*

Aug. Serm. 15. & 35. de Sanctis.



*Athanaſio, & Nazianz. qui Cæli Reginam, & Dominam appellant. Nunc adeſt (inquit idem Athan.) Regina a dextris tuis in ueſtitu deauraro circumamicta, uariegata, eo quod ſecundum ſexum fæmineum Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debet. eaq. nunc ut regina asſiſtens à dextris filii ubiq. regnantis quaſi in ueſtitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis circumamicta, & uariegata ſacris, & ſolennib. uerbis celebratur; non quidē ſecundum ſpiritualē ſimplicitatem, aut quaſi ſine corpore, & carne asſiſtat, ſed quod induta ſit, quantum ſpectat ad ſanctiß. eius carnem incorruptibilitate; Variegata rurſus eſt, quantum attinet ad oſſa ſanctisſima, quæ eius carnem ſuffulciunt. Iterum: Iſta noua Eua Mater uitæ appellatur, uariegataq. permanet, ad primitias uitæ immortalis omnium uiuentium. Dicimus eam igitur iterum, atq. iterum, & ſemper, & unde quaq. Beatisſimam. Nazianz.*

Serm. in Euang. de Sanctiß. Deipara.

Veneranda Virgo honeſta, caſta, te unicam
Has inter omnes terra matres quas habet
Matrem abſq; ſponſo ſcimus, & uiro ſuas
Hic nullas partes, & ſuam manum obſtetrix
Deprædicauit: partus hic diuinus eſt.
Regina uerè O omnium, & Domina, et parens
Verbi.

Naziāz. Tragadia Chriſtus patiens.

*Paulo poſt.*

Veneranda o Virgo,caſta, feliciſsima
Quando beata nunc,beatorum in polo
Exuta quidquid fecis humanæ ſedes
Aeternitatis pallio ornata ut Dea.
Habita,ſenectæ expers,ſupremo ex Aethere
Benigna adeſto uocib. meis , preces
Admitte Virgo. *Iterum*

*Interceſsio B. Virginis.*

Aequanda nullis mater,& Virgo ſupra
Omnes decora uirgines,& maxima
Quæ uincis omnes cælitum ordines.
Regina Domina, generis humani bonum
Amica ſemper eſto tu mortalibus
Maximaq. quouis loco mihi ſalus.

*Græci , ergò & Latini patres ſummis , & ampliſs. laudum , & honorum titulis eam exornant: & uos illis ſcilicet, doctiores , & ſanctiores Leonem , & Conſtantinum Iconomachos uultis imitari? eaq. quæ ãte annos octingentos,imo ãte ipſã Nicenã Synodum , damnata legimus , nunc ab Inferis ſuſcitare . Neq. uerò quod ex Auguſtino paulo ante dicebã,ante annos mille centum publicus hic fuit Imaginum uſus, ſed, ut antiquiora producamus, uiuente etiam num Chriſto, eiuſdem Imaginem erectam apud Euſebium, & Sozomenum legimus; Verba ſunt: Mulierẽ illã ſanguinis profluuio afflictatam , quam Sanctorum Euã*

*Sozõ. lib. 5. hiſtor Ca.20 Euſeb. lib.7. hiſt.Eccl.ca. 14. E morbo ipſa Imaginẽ Chriſto erigit.*

gelio



*geliorum teſtimonio , à Seruatore noſtro morbo remedium inueniſſe cognouimus , ex ciuitate Panea de oriundam , illiusq. domum ibi oſtendi , & ad mirabilia quædam Seruatoris in eam beneficij monimenta,& quaſi trophæa ad hoc tempus durare memorant: Pro foribus enim domus illius, æneã mulieris effigiẽ genibus flexis , & manibus inſtar ſupplicantis, in anterioram partem extenſis ſuper editum lapidem collocatam;huic e regione uiſi erectam imaginem ex eadem materia conflatã , ueſtitu ad talos demiſſo decenter ornatam,& manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipſa baſe peregrinam quandam, & inuſitatam herbæ ſpeciem enaſci:quam quidam,ubi ad ænei ueſtitus cimbriam excreuerit , morbis cuiuſq; generis medicandi uim,& facultatem habere. Hanc ſtatuã, effigiem Ieſu exprimere dicunt, quam ad noſtrã uſq; ætatem manentem , ipſi ad eam ciuitatẽ profecti oculis cernebamus . Cum ergò tot uetuſtiſsimis patrum monumentis conſtet , imagines quondam efformatas:ſanctè, & ſapienter, tùm cætera omnia, quæ ad ritus, cultusq. externos ſpectant, tùm hanc Imaginum pingendarum conſuetudinem à communi Eccleſia indictam , & obſeruatã eſſe dicimus. Eos itaque,qui iſta perturbare, &*

*Durauit hæc effigies ad tẽpora Iuliani ut ſcribit Antipater Epiſcopus Boſtrens.*

e

uiolare auſi ſunt magna reprehenſione dignos eſſe iudico. Nam qui, omnib. ſeculis inaudito immanitatis exemplo, omnia monachorum cœnobia, quæcunq. potuere, ipſas etiam aras, & altaria à fundamentis euertere, auſi ſunt quæ ſatis iuſta pœna, atque ſupplicium, ulciſci poſſe uideatur? quid.n. fuit cauſæ, quamobrẽ bona ac ſalutaria cœnobitarum inſtituta, a ſuis finib. relegarint? Corruptum erat (inquiunt) iam illud uitæ genus, atq. id circò tollendum è medio iudicauimus. Et tam oſcitanter obſecrò legiſtis, quod ſapientiſſimus paterfamilias multo ante admonuerat, ne cum Zizaniis euelleretis ſimul & triticum? longe enim maius eſſe conſeruandi boni, quam auferendi mali ſtudium debet. quod etiam effecit, ut meſſis tempus comburendis Zizaniis reſeruaretur. Dictum prætere a prophetæ fuit: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes. tantum ne? imo uero, ut, & ædifices, & plantes. Quod ſi ſcelerib. tantummodò uindicandis intendendus eſſet animus: noſtrum genus in ipsis exordiis perdendum fuiſſet neque Deus unigenito filio non pepercisſet, ne que relictus eſſet ſaluti locus, ut pio eius cruore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiremus illi

*Exempla immanitatis.*

*Ratio hæreticorum de euertendis, & diruendis monaſteriis confutata ex Diu. ſcript.*



in ſanctitate, atq. iuſtitia. Si omnia quæcunq. in impios uſus, aut conuerſa ſunt, aut conuerti poſſunt ab hominum uſu iudicauerimus remouenda: iam olim Solem, Lunã, Cælum deniq. totum, & creatam omnem naturam interiiſe oportuerat, quando tot annorum millibus, in eorum contemplatione defixi mortales, & ab auctore ſuo auerſi, creaturae potius quam creatori ſeruierunt. Si ulla apud mortales ſtudia ſunt, aut unquam fuerunt, quæ diutius irreprehenſa perſeuerauerint, habuiſſet fortaſſe aliquid excuſationis iſta temeritas. Sed terræ noſtræ ex quo tempore execrationi facta obnoxia eſt, tam ſolers cultura nunquam adhiberi poterit, quin ſpinas ferat, & tribulos, cum etiam ſegetes, quæ & lolio fortè, & auenis ſterilib. ſint liberæ, naſci ſine paleis nequeant, nec tamen, ceſſandum propterea aut ab agrorum cultu, aut a ſeminib. terræ committendis. Hoccine Chriſtianam erat inſtaurare Remp. deſertam eam reddere, & ſpoliare habitatorib.? & iis habitatorib. qui cæleſtium uitam in terra, & in fragili adhuc corpore repræſentent, qui communitatem uitæ, ac uictus perfectiſſimam amplexentur, in qua priuatarum facultatum poſſeſſio relegata eſt, controuerſiæ, & opinionum contrarietates abierunt, turbatio omnis, & conten-

*Cœnobitar. laus.*

*tio, & lites è medio ſublatæ ſunt. communia uero omnia, animæ, ſententiæ, corpora, & quibuscunq. corpora nutriuntur, atq. curantur, quemadmodum communis Deus, ſic communis pietatis negotiatio communis ſalus, communia certamina, communes labores, communes coronæ. multi unus, & ille unus, non ſolus, ſed in pluribus. Quid huic Reip. par? quid ea beatius? quid connexione, & unitate fortius? quid hac morum, & animorum contemperatione gratioſius? homines diuerſorum generum, & regionum incitati in tam exquiſitam, ut ſic dicam, idẽtitatem coaptati ſunt, ut anima una in multis corporib. inſpiciatur, & multa corpora unius uoluntatis inſtrumẽta uideãtur. Hoc ne hominum genus, ob corruptos aliquorum mores, ex hominib. abolere? ſolẽ ne e mundo repẽte tollere auſos eſſe? Ecquid ipſas Domini aras, & altaria diruiſſe? ſacros perfregiſſe calices? non uaſis, non ueſtib. ſacris pepercisse? Certè Chriſtianos homines Aetnicis fuiſſe religioſiores, oſtẽdit Thucydides. tãtã .n. ſcribit erga tẽpla, fuiſſe quondã Græcorum religionẽ: ut eos qui iam iam morituri uiderẽtur, ne Apollinis tẽplum pollueretur, extra Delum, ut in loco proximo nempè Rhenia inſula expirarent, abduci ſolitos. Sed illuſtriora ſunt quæ de Nicia Imp. ſcribit*

Thucyd. lib. 3. Hiſtor de Deli expiatione.



*Plutarch. Propinquum erat (inquit) Syracuſis Iouis Olimpii fanum, quod capere, quia multa ibi dona aurea, & argentea erant, cupiebant Athenienſes. Cæterum rem Nicias de induſtria reiiciens, tempore excluſus eſt, permiſitq; eò præſidium Syracuſanorum ingredi, exiſtimans ſi direptae à militib. illæ opes eſſent: aerarium nihilo locupletius fore, infamiam uerò uiolati fani in ſe recaſuram. Nimirum iura Graecorum tranſgredi ueritus, quibus (ut idem ait Thucydides) conſtitutum ſit, eos, qui alienas terras inuaderent, à templis qui illic eſſent abſtinere, & aquam, quàm nefas eſſet tangere, niſi ad abluendas in ſacrificiis manus, in alios uſus haurire. at hi qui ſe Chriſtianæ rei uocant inſtauratores, profanis, & pollutis, atque adeò ſceleratis manib. poſt temeratas Sanctorum reliquias, ipſa templa, & altaria, uariis ornata imaginibus, uaſis, ueſtibus ſacris comburere, & demoliri, uota, & deſideria hominum cum ipſis altarib. confringere auſi ſunt. Sed operæ precium eſt, eadem ſuo tempore deplorantem audire Optatum Epiſ. Mileuitanum: Illic (inquit) ad aures Dei, aſcendere populi ſolebat oratio, cur concidiſtis precibus uiam? & ne ad Deum ſupplicatio, de more ſolito aſcenſum habe-*

A templis, & quæ templi erãt Græcor. lege abſtinebant uictores.

Niciæ Imp. religio.

Altaria, ſcalæ ſunt, quib. noſtræ ſupplicat. ad Deum conſcendunt.

Tempore Auguſt. lib. 6. cont. Donatiſtas.

ret, impia manu quodammodo ſcalam ſubdu-
cere laboraſtis? Etenim quis eſt ille locus in quo uo
ta populi exaudiuntur? nonne Altare? Vbi men
bra Chriſti portantur? Altare. Quò Deus Omni
potens inuocari ſolet? Altare. Quo poſtulatus de
ſcendit Spiritus S. Altare. Vnde a multis pi-
gnus ſalutis æternæ? Vnde tutela fidei & ſpes
accipi Reſurrectionis? Altare? Altaria, in-
quam, in quib. fraternitatis munera non iuſſit ſal
uator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. Quid
eſt enim Altare, niſi ſedes corporis, & ſanguinis
Chriſti? Quid uobis fecerat Deus, qui illuc inuoca
ri conſueuerat? quid uos offenderat Chriſtus, cuius
illic per certa momenta corpus, & ſanguis habita
bat? Hoc modo & Iudaeos eſtis imitati. Illi ma
nus Chriſto iniecerunt in Cruce, à uobis percuſſus
eſt in Altari. Si Catholicos illic inſectari uolui-
ſtis, ueſtris illic antiquis oblationibus parceretis.
Hoc facto in numerum illorum ſacerdotum intra
ſtis, de quib. conqueritur Elias: Domine altaria
tua confregerunt, dum dicit, Tua, indicat rẽ eſſe
Dei, ubi Deo aliquid à quocunq. oblatum eſt. Ha
ctenus Optat. Mileuit. Sed hoc tã immane faci
nus geminatum eſt, dum fregerunt etiam calices
Chriſti ſanguinis portatores, abrograruntq. priua

*Altare, ſedes Corp. & Sãg. Chriſti.*

*Chriſtus, ab hæreticis in Altari percuſſus.*



tam illam Dominici corporis, & ſanguinis obla-
tionem, quam etiàm appellatione Sacrificii quaſi
ſacrilego uerbo prohibuerunt, cum ſolis etiam
uerbis ex pietate pronunciatis Sacrificii nun
cupationem donet Scriptura. Immola (inquit)
Deo ſacrificium laudis & ſacrificium laudis ho
norificabit me; Sufficere poterat ſanctiſſimi mu-
neris abuſum reprehendiſſe, eorum qui templum
Dei domum facerent negociationis, aut ſpeluncã
latronum non ità uenerabile officium inſectari,
tanquam nil à re quauis profaniſſima diſtare ui
deretur. Eſto princeps Sacerdotis munus, ſit uerbo
Dei in populum diſſeminando, operam dare, &
in caeleſtis panis fractione ſeruandus mos Salua-
toris, quis .n. mutare audeat? uerùm ubi hoc non
fit, multum illud quod ſupererat bonum, tamet
ſi eodem illo plurimi abuterentur, fuerat relinquẽ
dum; neque quotidianum Rei Diuinæ Sacrificium
fuerat commutandum, ſublatis ex illo ſolenni ritu
partibus quibuſdam, aliiſq. inductis. In quo mira
ri ſatis non queo, quid nam ab illis fuerit ſpecta-
tum. Ceremonias deſpexerunt? Cur alium ipſi
ritum, & modum alium Ceremoniis ſtatuere? An
improbant quæ à Romanis pontificibus ſtatuta, &
à fidelium caetu adſcita antea fuerant? Quæ

*Princeps munus ſacerdot.*

*Solennem Miſſæ ritum mutarunt.*

iſta tāta fuit audacia? quæ temeritas? quis illis
hoc dedit negotii? quis poteſtatem, & auctorita-
tem tribuit? An illuſtres illae Eccleſiae, quas
in Germania Apoſtolorum tempore fundatas
teſtatur Hilarius, & Athan. (non enim nouitii
ad Chriſtum uenere Germani, ſed Eccleſiæ Ca
tholicae fuere primogeniti filii) haec, inquã, a ſuis
preceptorib. accepere? Haec Lucius Cirenen-
ſis Pauli conſobrinus, Vindelicos, & Rhetios? hæc
Marcus Pauli collega, Noricos? Creſcens Mo
guntinos? Clemens Metos? haec, inquam, Treue-
ros, Maternus, & Eucherus docuerunt? Cur ergò
tantam, quod in ipſis eſt, Germanico nomini, ac
nationi fortiſſimae, & nobiliſſimæ inurunt macu
lã? cur talibus exẽplis? cur ueterum Doctorum,
Sanctiſſimorum hominum uita, atq; doctrina?
cur piiſſimi Imperatoris ſui RVDOLPHI op-
timè de Deo, & de fide Catholica ſentientis au-
ctoritate? perpetuo quoq. ritu conſentientis Eccle
ſiæ non mouentur? ut reflectant animos ad conſi
derationem ſui, priſtinaeq. ſuae, & maiorem ſuo
rum Religionis, quae una, recta, puraq. eſt, uelint eſ
ſe memores? Oportuerat certè ſi ſaluti magis fra
trum conſulere animus erat, quàm prurientibus,
& linguis, & auribus indulgere, cogitatione iſta
praeci-

Apoſtolorũ tẽpore multæ in germania Eccleſiæ Catholicæ.

Germani Eccl. Cath. primogeniti filii.

L. Cirenẽ. Creſcens. Clemens Maternus Eucherus

Germanorum pietas & religio.



præcipere, & ea quæ uel nouãda, uel corrigenda iu
dicarent, primùm diſquirere diligentiùs, & perue
ſtigare, tùm ſi quid communi hominum uitæ ſalu
tiferum excogitaſſent: non continuò in uulgus pro
dere, ob eas, quas dudùm dicebam cauſas, ſed
cum paucis diù multumq; deliberare, quibus arti
bus ſalua populorum pace, atq. concordia, haec
ab eis recèns excogitata, ſenſim in hominum ueni
rent conſuetudinem, ne quos repentina nouitas,
quae improuiſas mentes turbare ſua natura con-
ſueuit, tumultus, & diſſidia excitaret. Quamquã
non ego illis uehementer moueor, quæ prurientis tã
tum linguæ indicia præſeferunt, uerùm ubi cum
illis, coniunctae ſunt paruulorum, qui ſunt in Ec-
cleſia infiniti, offenſiones, miror hos nil metuere il-
lud Euangelicum Vae, & aſinariam molam cir
cumligandàm eorum collo, ut in profundo maris
demergantur, qui eiuſmodi paruulis ſunt offendi-
culo. Paulus enim cauendae ſeditionis gratia ad
eorum mores ſeſe demittebat, qui ſuperſtitioſa reli
gione legi adhaerebant, in eoſq; acerbiùs inuehe-
batur, qui contemtis infirmioribus; rerum ſcientiã
ſibi uindicabant. Scimus (inquit) quod omnes ſci
entiam habemus, uerùm ſcientia inflat. Rurſus: Si
quis ſcire ſe aliquid exiſtimat, nondum nouit, quo

Paruulorum offenſiones fuiſſe cauendas.

Paulus, Chriſti imitator, quantum cauerit ſeditiones.

ſe pacto, ſcire oportеat. Iterum: Videte ne ueſtra hæc licentia infirmis ſit offendiculo. Et illud: Et peribit infirmus, in tua ſcientia frater propter quem Chriſtus mortuus eſt, O diuinum hominem qui nil fratrum concordia arbitrabatur ãtiquius? O imitatorem Chriſti legitimum, O nimiam, atq. nullam potius Charitatem noſtram, qui dùm iracundiæ, & indignationi obſequamur, dum gloriolam uenemur, dum eruditionis, & eloquentiae nomen aliquod inter homines comparemus, caelum & terram mouere, atq. confundere non dubitamus & audemus Chriſtianæ nos liberatis aſſertores appellare, Quo id iure? aut magis quo id ore? Dilacerantur quotidie loquacitate noſtra Chriſti membra; oues quae cogendæ fuerant diſſipantur; creſcunt, dum nobiſmet ipſis placere uolumus, diſſidia; pax Chriſti, ab iis qui in primis Chriſti cauſam tueri ſe gloriantur, à Chriſtianibus finibus extruditur; & adhuc tamen cæci, pro Chriſto ſtare, non aliis ſolùm uerùm noſtris etiam ipſorum conſcientiis nitimur perſuadere? O tenebràs. Cum .n. ſint inter nos aemulatio, & contentio, nonne carnales ſumus, & ſecundum hominem ambulamus? Quid prodeſt inani huius breuiſſimi temporis furto laetari, & conari cùm caeteris, tum nobis

Philautice mala.



met ipſis perſuadere, nos defendendae ueritatis cauſa, in iis contentionibus perſeuare, quas ſolùm Chriſtianae Reipublicae euerſionem parare, iam tandem uniuerſus Chriſtianus orbis intellexit. Sed demus iſta 50. annos nuper nata, cognitu fuiſſe neceſſaria quis quaeſo, ut fraterne nunc agamus, quis (inquam) haec noua dogmata uindicat fratres? Moyſes: an Paulus, an Chriſtus? Nullus horum inquies. quis ergo? Lutherus hoc praecepit. Innocens aliquis & purus? qui ſchiſma non fecerit, qui nunquam Eccleſiam deſeruerit; qui ab Epiſcopis Epiſcopus factus ſit? qui iure ordinario conſecratus, qui uacantem Cathedram in Eccleſia conſecutus? quid ad te? inquies, Lutherus hoc docuit, At uel quando fratres, quibus ue temporibus? ſtatim ne poſt Domini paſſionem? poſt Tiberij principatum? quid ergo tum? Prophetas ſecutus eſt, & Apoſtolos, an Huſſum aliquem, & VuiKlef? an ipſe tantum auctoritatis accepit? linguis locutus eſt? prophetauit? ſuſcitare mortuos potuit? horum .n. aliquid habere debuerat, ut Euangelium noui iuris induceret; & ſi contrà clamet Apoſtolus: Licet nos, aut Angelus de caelo Euangelizauerit, praeterquàm quod Euangelizauimus uobis, Anathema ſit. Lutherus ſic

Recentia dogmata.

Quis auctor

Nouatorib. quæ fuerint ſpectanda.

quo tempore

Noua annunciantib. etiã ſi miracula petrarint, nõ audiendum.

intellexit, inquies, ſed & Chriſtus hoc docuit.
Ergo à Chriſto uſq. ad Lutherum, nullus intelli
gens, omnes perditi, omnes uulnerati, omnes cum
miſeris pereuntes. At nos hucuſq. ſecuri ipſa Ec
cleſiae ſerie, congregationis antiquae pace contenti,
nulla diſcordia ſtudia didicimus, nulla ad certan
dum argumenta quaeſiuimus. Tu poſtquam à re
liquo corpore ſegregatus es, & à matre diuiſus, ut
rationem facti tui redderes, totos librorum receſ=
ſus aſſiduus ſcrutator inquiris; occulta quaeq. ſol-
licitas, quae non ſunt mouenda tu moues. Noſtri
nihil ultro diſputauere maiores, nuda eſt apud
nos ipſa ſecuritas; Quod attuleris de tua parte mu
nitum eſt. Vide ſi cum inermi ueritate cõfligis,
expectemus tamen quid obiicias, quid loquaris,
Proponis Eccleſiam eſſe populum ex aqua & Spi
ritu ſancto renatum, templum Dei, & domum
Dei, columnam ſtabilem, Virginem ſanctam,
caſtiſſimis ſenſibus, ſponſam Chriſti ex oſſibus
eius, & carne, non habentem maculam, neque
rugam, integra Euangelii iura ſeruantem. quis
noſtrum hoc negat, quin etiam addimus, Eccleſiã
eſſe reginam, in ueſtitu deaurato, circundatam ua
rietate, faecundam uitem in lateribus domus Do=
mini, matrem adoleſcentularum, quarum non eſt

*Schiſmatici quo cauſam ſuam, uel pro babilem, uel ſaltẽ minus odioſam red dant totos li brorum angu los excutiũt.*

*Vt oſtendãt, noſtram ue- ram non eſſe eccleſiã inuẽ cũ'ã ſine ma cula & ruga mirificis lau- dib. pingunt*



numerus, Si ergo Eccleſia eſt populus, ex aqua &
Spiritu Sãcto renatus: age quis nobis fontem Dei
clauſit? quis ſpiritum rapuit? quinimmo apud nos
aqua uiua eſt, ipſa quae ſalit à Chriſto. tu à fonte
perpetuo ſeparatus, unde generaris? Spiritus quoq.
Sanctus à principali matre non abiit, ad te unde
peruenit. niſi forte diſcordantem ſecutus eſt, & tot
ſacerdotibus derelictis, non conſecrata ſede conten
tus, detritum lacum adulterini fontis adamauit?
Veſtrae plebi unde ſpiritum, quam non conſignat
unctus Sacerdos? Vnde aqua, quae à matrice di-
ſceſſit? Vnde innouationem, quae cunabula pronu
bae pacis amiſit? Vlli ne apud uos confeſſores,
martires ulli? ulli immaculati, atq. integri ſacer-
dotes, quos catenae, quos ignes, quos gladii probaue
runt? Tertullianum audiamus. eſt enim locus illu
ſtriſs. neq. tam ſuorum quàm noſtrorum tempo=
rum, hæreticos depingit. Conuerſatio (inquit) hære
ticorum quàm futilis, quàm terrena, quàm huma=
na eſt? ſine grauitate, ſine autoritate, ſine diſcipli
na, fidei ſuæ congruens. In primis quis Cathecume
nus, quis fidelis, incertum eſt. Pariter adeunt, pa
riter audiunt, pariter orant. Etiã Aethnicis, ſi ſu
peruenerint, ſanctum canibus, & porcis margari
tas, licet non ueras iactabunt. Simplicitatem uo=

*Spiritus S. adulterinos lacus non rigat, nec amat.*

*Sine Spi. S. non ẽ unctio.*

*Tertull. lib. de præſcr. hæreticor.*

*lunt eſſe poſt rationem diſciplinæ. Cuius penes nos curam, Lenocinium uocant, pacem quoq; paſſim cum omnib. miſcent. Omnes ſcientiam pollicẽtur. Ante ſunt perfectè cathecumeni, quàm edocti. Ipſæ mulieres hæreticæ, quàm procaces, quæ audeãt docere? Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc neophytos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, ut gloria eos obligent, quia ueritate non poſſunt. nuſquam facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, ubi ipſum eſſe, illic promereri eſt. Et laicis ſacerdotalia munera iniungunt, uerbi adminiſtratio illis, non Ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi. Hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi iacentibus eleuationem operentur, Hactenus Tertull. Sed age reliqua Eccleſia eſt Corpus Chriſti Corpus utiq. non mẽbrum, corpus multis in unum partibus membriſq. collectum. Ergo plenum Corpus, & corpus, & ſolidum, & toto iam orbe diffuſum. non ut uos eſtis, quædam inſolens portiuncula tuberq. collectum, & à reliquo corpore ſeparatum. Eccleſia eſt non habens maculam, neq; rugã, hoc eſt hæreſes non habens, non Zuingliãos, Pneumaticos, Lutheranos, Caluiniſtas, Anabaptiſtas. ſunt enim in his quidam ſinus maculoſi, atq. rugo*

*Eccleſia, plenum, & integrum corpus nõ membrum unum, & particula a reliq. corp. ſeparata.*

*Quomodo, ſine macula & ruga.*



*ſi, precioſarum ueſtium ornatibus inuidentes. Cæterum peccator, & pænitens, non eſt Eccleſiæ macula, nam ubi deſinit peccare iam ſanus eſt. Hæreticus uerò ueſtem Domini, Eccleſiam, Chriſti ſcindit, intercipit, uitiat, irrugat. Eccleſiam, inquam, puteum aquæ uiuæ, fontemq. ſignatum, nulla hæretici gurgitis labe ſordendem, hortumq. concluſum, plenum oleribus magnis, pariter & paruulis, uilibus atq; precioſis. Reginam, inquam, in ueſte aurata, & multorum utique membrorum, multorumq. populorum uarietate compoſitam. Non eſt enim coloris unius iſta pictura, nec in uno habitu emicat tanta diuerſitas. Pars illa indumenti tegit, iſta componit, nonnulla pectori adhæret, aliqua ultimo ſinu trahitur, & inter ueſtigia ipſa ſordeſcit. Quædam purpuræ martyrum comparatur, aliqua ſerico uirginali: nonnulla ſinu plicante ſubſuitur, aut acu inſerente reparatur. Alius enim ſic, alius autem ſic, & tamen una in omnibus regina componitur. Ergo eadem fæcunda uitis, & locuples, plures habens ramos, multo palmitum crine diſtenditur. Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros Dei, Extendit palmites ſuos uſq; ad mare, & uſq. ad flumen propagines eius. Nihilne exiſtis hyberno frigore laborauit? nihil aſperas*

*Peccator, & pænit. non eſt macula Eccleſiæ.*

*Veris ac propriis laudib. depingitur eccleſia.*

*Eccleſia Cat. Eccleſiæ amplitudo.*

*Quomodo Eccl. in ueſt. deaura. circundata uariet.*

*Eccleſia formoſa & fæcunda uitis.*

*grandines pertulit? nihil torridas incuſauit æſta= tes? aſperior eſt hæc gemma palmitibus, iſta for= tior, illa ſincerior, hæc ſe diffundit in fructus, hæc in ſolas exuberat frondes. Vitis tamen ubiq; for moſa, mater hæc adoleſcentularum, quarum non eſt numerus. Calculare ſi potes Catholicos greges, & duc in digitos noſtræ plebis examina, nonne ut ſtillicidia fontibus magnis? nonne ut ab Oceano quaedam gutta ſorberis? Iam, & illud attendite, an hæc potiſſimum aedificata ſit in fundamentis prophetarum, & Apoſtolorum ex ipſo angulari lapide Ieſu Chriſto. Si ante uos caepit, ſi ante uos credidit, ſi à fundamentis prioribus non receſſit, ſi non illa migrauit, ſi non à reliquo corpore ſepara= ta, ſuos ſibi magiſtros, & propria inſtrumenta con ſtituit, ſi quid inſolitum argumẽtata eſt, ſi quid noui iuris inuenit, ſi corpori ſuo repudium pacis in dixit, planè tunc à Chriſto receſſiſe uideatur, tunc extra prophetas, & Apoſtolos conſtitiſſe. hæc igitur erit domus magna, locuples omnium diuerſitate uaſorum, in qua purum refulget au= rum, inqua ductile lucet argentum. uerum quae etiam ligna, & fictilia uaſa dignatur magna.n. domus multos mouet uſus, opera diuerſa ſollicitat. Quem igitur pigeat eſſe cum multis? quem non li*

beat

Mater adoleſcentular.

Eccleſiæ fundam.

Antiquitas Firmitas.

Doctrina eadem ſemper.

Varietas in membris Eccl.



*beat Lutheri reduuias, & praeſegmina contemne re? non Catholicos greges, et tam latè patentes Ec cleſiæ populos intueri? Vbi unus (inquies) ibi & ego. & ubi duo, ibi & Eccleſia. Vbi unus tamèn concors, Vbi duo pacifici. ubi unus & Eccleſia, quã to magis ubi plures. Meliores (inquit) duo quàm unus, & funiculus triplex difficilè rumpitur. Au di Dauid: Pſallam nomini tuo in Eccleſia mul= ta. & Iterum: In populo graui laudabo te. & Deus deorum locutus eſt, & uocauit terram ab ortu ſolis uſq; ad occaſum? Quid? ſemen Abrahæ ſecundum ſtellarum modos & numeros arenarum ueſtra paupertate, ideſt, Saxoniæ angulis uultis eſ ſe contentum? Benedicentur in te omnes fines ter ræ, Dic Lutherus has impleat? non tam parum ſanguine ſuo redemit Deus, nec tam pauper eſt Chriſtus. Cognoſcite iam Eccleſiam Dei dilatan= tem tabernacula ſua, & aulæorum palos dextrà, leuaq; figentem. Fontis huius limpidas aquas, bi= bet populus Dei, eorum uero qui Aegyptiorum malitiã imitantur, turbidas & corruptas ciſter nas, et lacunas minime curat. Non eſt incredibile ait ) Nyſſen. ) nihil mali ſenſiſſe Iudæos, quamuis unà cum Aegyptiis, qui uexaban= tur, habitarent. nam id ipſum altius intellectum,*

Rationes aduerſariorũ.

Reſp.

Eccleſia non unus terrar. angulus, ſed ab ortu ad Occaſ.

Nyß. lib. de uita Moſys.

hodie quoque fieri, uidere licet. Non enim ignoramus, in magnis præſertim ciuitatib. in contrarias de Veritate opiniones multitudine diuiſa, aliis limpidas aquas atq. potabiles eſſe, quæ quotidianis prædicationib., Scripturaeq; uirib. in anima ſua ſcaturiant; aliis (quoniam peruerſis opinionib. Aegyptiorum imitantur malitiam) in ſanguinem corruptum Euangelii, atq. prædicationis ſuauisſimus potus conuertitur; & quod peius eſt, ſæpe numero fraudulenta hæc Aegyptiorum, ideſt, non credentium perfidia, falſitatis macula ī Hæbreorum ſanguinem potum aut conuertit, aut conuertere nititur. Conantur enim friuolis utentes, uaniſq. ratiunculis, nobis oſtendere limpidas aquas noſtras, tales non eſſe, ſed nunquam id facient, nam, & ſi aquarum ſuperficiem quaſi rubeam apparere cauillationib. efficiant: bibet tamē Iſrael, ideſt, Dei populus, aquam ueram. Cum Eccleſiæ itaque doctrina, quæ columna eſt, & fundamentum ueritatis, quæcunq; conuenient: ea firma, ſana, ſalutaria, quæ ab illius norma, & canone diſſentiunt infirma, inſana, pernicioſa iudicamus, atque adeo anathemate ferienda cenſemus. Atqui (ut eo tandem perueniam, cuius potisſimum cauſa, hæc à me oratio ſuſcepta eſt) ut Platonem prætercam, apud



quem, impiorum animas pænas dare, & cum purificatæ ſint abſolui, & beari legimus; ut Poetā etiā prudentisſimum, & (ut Conſtantinus Magnus appellat) ſapientisſimum omittam,

Ergo exercentur pænis, ueterumq. malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad uentos; aliæ ſub gurgite uaſto,
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

ut hæc (inquam) & alia multa, quæ ex aliis Poaetis, Arabe etiam Abin Cenà afferre poſſem: nemini dubium eſt, iam inde ab Apoſtolorum temporibus perpetuo fuiſſe creditum, certa quaedam & definita eſſe paenarum loca, in quibus hi, qui in fide, & Eccleſiae ſacramentis decesſiſſent, temporario, & Emēdatorio Igne purgarētur. alioqui. n. haud fuiſſet uetere eiuſdem Eccleſiae inſtituto, & conſuetudine receptum, ut Eleemoſynis, precibus, & ſacrificiis asſiduè offerendis, diuinam illis miſericordiam, & benignitatem imploremus. Vult enī miſericors Deus, gratumq. habet, (ait Damaſc.) ut nos omnes tūm in uita, tūm poſt confectum uitae curriculum, mutuo alii ab aliis iuuemur, neq. enim alioqui anſā hanc nobis porexiſſet, ut eorum qui è uita migraſſent, in Incruento Sacrificio meminiſſemus (quod quidem Catholica, & Apoſtolica

Plato in Phædro

Cōſtāt. Mag. apud Euſeb. Orat. ad ſacrum cœtū.

Virg. 6. Aene.

Vide Athā. pag. 41.

Ignis ſcelera exurens.

Senec Trag. 1.

Iuuē. Saty. 2.

Abin Cena, (ita enim, nō Auicena, dicendum) lib. 9. Meth. ca. 7. purgari animos dicit.

Vetus Eccleſiæ inſtitutū.

Damaſ. Orat. pro fidel. defunct.

Vult Deus alios ab aliis iuuari.

Eccleſia, diuinitusq. collectus ipſius populus, conſtanter, ac ſine ulla ambiguitate retinet) niſi hoc ipſi gratum acceptumq. exiſteret. Non enim dubium eſt, quin ſi ridiculum id eſſet, fructusq. ac utilitatis expers, cum multi diuino numine afflati Sancti uiri, Patriarchae, patres ac Magiſtri extiterint: hoc cupiam eorum in mentem inieciſſet, ut errorem comprimeret: atqui nemo ipſorum, ritum hunc ſibi unquàm conuellendum, & euertendum putauit. Cum enim non ſimpliciter à ſumma ſapiẽtia dictum ſit: Pauci ſunt qui ſaluantur, ſed perinde ac ſiquis per admirationem dicat: Quam pauci ſunt qui ſaluantur, cum hoc inquam, nobis ſit exploratum, perquam difficile eſſe, ut quiſpiã in prima claſſe reperiatur: ſecundam proinde de Apoſtolorum, ac Patrum ſententia conſtitui neceſſe eſt: nimirum ut ex Dei benignitate, ijs qui in fata conceſſerunt, utilitas afferatur, & Charitas creſcat, et crebrius, acrioribusq. animis ad templa concurſus fiat, & bene de pauperibus merendi ſtudium amplificetur, latiusq. ſeſe porrigat. Idcirco ex omnib. ijs utilitatibus, quae maxime ab amicis afferri poſſunt mortuis, nulla eſt (mea quidem ſententia) tam inſignis, neque tam ſtabilis, quam ſi quis omnibus pietatis, & charitatis officiis, illos conetur adiuuare.

*Pauci ſunt qui ſaluãtur, quomodo intellig.*

*Quantæ utilitates ex Ign. Purgat credito.*



Caetera enim, quæ in funeribus celebrandis uel in ſepulchris ſtatuendis, inanibus ſimulachris collocãdis curari conſueuerunt, fugacia, caducaq. ſunt, & cum præſentis, uel parum longinqui temporis gratiam magis quàm ad eorum utilitatem ſpectare uidentur: cum partim in ipſo funere ſtatim intereant, partim uetuſtatis ui labefacta, mox tamen frangantur, & corruant. At ſi quæ ad eos ſubleuandos officia pietatis, ab Eccleſia inſtituta ſunt, perſoluerimus: ea & firma & ſtabilia ſunt, tantumq. abeſt ut ulla confici, aut conſumi ætate poſſint, ut etiam præſtent, ne pænis illi diuturnis conſumantur, neque ulla ſint ad eos liberandos, aut cogitari poſſint potentiora. At hæc omnia ex Igne Purgatorio occaſionem trahunt, quem ſi ſuſtuleris, nihil eſt quamobrem, non eas quoq; quæ ipſum conſequuntur, utilitates ſimul tollas. Etenim quæ tandem neceſſitas, homines alioqui ad hæc pietatis officia pigriores adducet, ut excitentur, atq. iſtud munus expleant, niſi compertiſſimum habeãt fore, ut de parentibus propinquis atq. amicis ſuis bene mereantur? quin pauperum quoq. portiones in teſtamenta adſcribi deſinent, ſimul etiam Eleemoſinæ, Suffragia, Miſſæ, hymnorum ac Pſalmorum cantus, omnia deniq. pietatis officia finem

*Quanta incõmoda eo ſublato.*

habitura ſunt, & Quadrageſimus ille dies, cum Tertiis, ac Nonis, & Anniuerſariæ commemorationes, & Ceremoniæ, ſublato Igne Purgatorio penitus auferuntur, quæ quidē à Magiſtris noſtris, diuinis hominibus haud fruſtrà inſtitutæ ac in Defunctorum ſolatia Eccleſiæ moribus receptæ ſunt. Nam cum ſuapte ſponte homines, ad carnis licentiam, & cupiditatum ſtudia praecipites ferantur: ſi certa hæc perſuaſio & fides, quæ credunt, poſt hanc uitam paenas grauiores, de peccatis ſumi, quam ullae ſint praeſentis uitae acerbitates, ſi haec (inquam) fides ex hominum animis pelleretur: eadem ratione, timore etiam, illo, frenoq. conſciētiae ſolui eos neceſſe ē, quo ad carnis afflictiones, & macerationes dum hic uiuunt ſubeundas, quàm atroces poſt hanc uitam cruciatus perferendos animantur. quæ profectò perſuaſio, bonos ab omni uitae improbitate reuocare, & qui in peccatis ſunt ad penitentiam ſolet uehementer commouere. Ecquid ſublata hac fide, non eorum animos ſumma deſperatio occupet neceſſe eſt, qui cum omne uitae tempus in peccatis conſumpſerint, ultimô tandem ad Deum, uerè & ex animo conuerſi, remiſſionem conſequuntur? haec.n.nondum eos, omni ex parte, liberos, & abſolutos red-

*Ignis Purg. multis rationib. confirmatur.*

*Prima ratio*

*Secunda*



dit ut non ſemper aliquid reſtet eluendum. Tum qui in Fdei, & Eccleſiae ſacramentis, leui tamen culpa inquinatus, moriatur (cum nil inquinatum regnum caelorum ingredi poſſit) nunquā ſalutē, & beatitatē conſequetur, ī pari ergo cauſa eadēq hic conditione futurus ē, ut cuius omnino ſalus deſperata eſt. Imò illud ēt ex iſta opinione conficitur, paria eſſe peccata, ideſt omnia ſempiterna morte exitioq. plectenda. Nam ſi in quo quis moritur peccatum, id, poſt hanc uitam nullo modo dimittitur, nec ulla eſt macularum & ſordium futura purgatio: omnis ergo culpa, parua magna ue, aeternum exitium uidetur allatura. Porrò quid de illis ſtatuendum eſt, quibus ſex uel ſeptem annorum paenas primitiua Eccleſia iniungebat? Demus.n. (quod fieri ſaepe potuit) eum, cui publicae illius paenitentiae, actus, quadrienium fortè eſſent ſubeundi, demus inquam, hunc elapſo biennio ſubito extīgui, hic cauſa nulla cogitari poteſt ut cum peccati fons & origo, in animo ſit, cur hic (inquàm) duorum qui ad paenitentiam reliqui eſſent annorum, nullas ſit paenas ſubiturus. Des igitur oportet certum quendam locum, ubi biennium ſit purgandus. at in Inferno, uel in uita beata purgationi locus eſſe quì poteſt? Rurſus hunc locum ſi ſu

*Tertia*

*Quarta*

*Quinta*

*Sexta*

*ſtuleris, neceſſario concedas oportet, eum qui nullo unquam grauiori ſcelere ſe contaminarit, tan=tundem adipiſci, ut qui ad uitae exitum, in peccatis & flagitiis perſeuerat: quod ſi ponas, et quis in uita de paenitentia unquam cogitarit, cum in ipſo uitae exitu poſſit paenitere? quod ſi peccato rum omnium ultor, & uindex eſt Deus, uel homi=nes ii, quos ad uindictam malefactorum Deus ip=*
Septima *ſe in ſuo populo conſtituit, cum ſaepe accidat mul tos in uitæ exitu ad Deum conueri, qui homini=bus quos Deus ipſe populo præfecit, nullas flagitio=rum paenas dederint: neceſſe ergo eſt ut à Deo pu niantur, qui cum in fide & charitate, & Eccleſiae gremio mortui ſint: in Inferno eiuſmodi ſupplicia perpeti nullo modo debent. Iam ponamus duos*
Octaua *homines ita uixiſſe ut alter leuia tantum & mi-nuta peccata, non eius generis quae ſint morte aeter na multanda unquã admiſerit, alter grauioribus flagitiis Deum irritarit, ſi hi ad Deum con uerſi, & anteactæ uitae, flagitiorumq; pertaeſi moriãtur, utrum ne uis ambos ſimul & eodẽ tẽpo re caelum penetrare? haud contendes opinor, ſolã Fidẽ cum Contritione tantundẽ praeſtare, ut quæ multis Iuſtitiae actionibus ornata ſit, ſic .n. & di uinae Iuſtitiae rationem, quae cuiq. pro meritis red*

dit,



*dit, & diſtinctionem illam graduum, manſionumq. apud patrem uno uerbo tollis, quod ſi, ut par eſt, diſſi milem facis utriusq. cauſam, ut non eodem tempo=re ex æquo beatitudine fruãtur, percontabor rurſus, an qui poſterior particeps ſit beatitudinis, interim ad Inferos deſcendat, quod ſi ſit quo modo Chriſtus ait: Qui credit ei qui miſit me, habet uitam æter-nam, & in iudicium non uenit ſed tranſit à morte in uitã? Cum ergo cælum, conſcẽdere non poſſit (eſt .n. impurus & lotione indiget) uel nunquam mun dabitur, perpetuò in eodem ſtatu & miſeria conſi=ſtẽs, uel illius ſordes quoquo pacto eluentur: quod cum propiis actionibus, exercitationibusq. uirtutum illi contingere non poſſit, ponamus oportet pœnas ali quas macularum, & ſordium purgatrices. Nec ue* Nona
*ro hi, qui contrariam ſentẽtiam, erroremq. tuentur, animaduertunt, hoc poſito deteriori nos eſſe condi=tione, quã olim extiterint Iudæi, diuinamq. mi=ſericordiã, quantum in ſe eſt, nunc magis quã ante tempus gratiæ, & miſerationis nobis intercludi, con ſtat enim ex Diuinis Scripturis, eos qui morte præ uenti, quorundam peccatorum pœnas non dum per ſoluiſſent: in eos cruciatus, à quibus uiuorum præci=bus liberari potuerint, incidiſſe ex quo conficitur ante Chriſtum non omnium animas ad loca dam=*

matorum deſcendiße nec uero eos ad caelos aduo-
laſſe, ſed in obſcura quaedam loca maeroris & tene
brarum fuiſſe delatos, ubi ad tẽpus tenerentur inclu
ſi, quo ad debita ipſis pænas ĩ tormẽtis uel ſoluiſsẽt,
uel ab aliis adiuti ſoluerentur. quod ſi omnipotens
Deus incredibili ſua bonitate, & clementia addu
ctus, antequã filium ſuum mundo daret, eos, qui pec
catorum nexibus tenerentur, in æternum exitium
& damnationem noluit praecipitare, ſed his locis in
cludi, quibus & peccatorum paenas dare, & uiuen-
tium beneficiis adiuuari potuerint: cur non creda-
mus, quo tempore tradito pro nobis filio cunctum ho
minum genus ſibi obligauit & adiunxit, paenas ẽt
peccatorum poſt mortem expiari uoluiſſe? quod ſi
de leuioribus admisſis, quibus temporaria tantum
tormenta decernuntur, ita ſẽtiendum: cur non eadẽ
Dei benignitas & miſericordia, grauiorum etiam
peccatorum quae hic dimiſſa ſint, paenas tempora-
rias non ſit dilatura? ita enim quae hic fuerint pre
termiſsa, propriis poſtea cruciatibus & ſuppliciis per
ferendis, tum maxime uiuentium ope, opib. atq.
ſuffragiis purgari cenſenda ſunt. Quid enim ſi iſta
Decima pietatis, officia, preces, inquam, ſacrificia, ſepultu-
ras Chriſtus recuſaret an ſuum corpus honorificè ſe
peliri permiſiſſet? Ac Ioſeph & Nicodemum mul



tam legimus inſumpſiſſe pecuniam, ut illud tantum
à putredine, uermibuſq. defenderent. Iã ſi aedium
domorumq. fabrica, contra frigoris & aeſtus iniu Vndecima
rias excogitata eſt; agri colendi ratio, metu tantum
mortis ad multas commoditates uitae inuenta; ſi ea
dem cauſa, illa ars quae ſolet pro ſalute hominum,
cum morte quaſi decertare, in honore poſita; ſi lori Medicina.
cae, clypei, galeae, armorum apparatus, parietum
ambitus, portae cum uectibus ferreis, uallorum mu
nimenta, non niſi ob metum mortis, excogitata
ſunt: cum mors uitam ipſam pertinaci quodã odio
oppugnet, & premat, nulla ne ſuperſtites eorum qui
mortui ſunt tangemur pietate? Apparet ergò ex
his neceßario eße conſtituẽdum Ignẽ Purgatorium,
ut cuius aſſertio tam utilis ac fructuoſa multis no
minib. exiſtat, & tot tantaſq. commoditates &
utilitates ſecum ferat, quas omnes hi qui nobis in-
ſultantes, Platonicum, atq. fictitium, appellare
auſi ſunt, ex hominum uita crudelisſimè tollunt.
Quid enim nobis obiiciunt graues iſti cenſores? Si
ceciderit lignum ad Auſtrum aut ad Aquilonẽ, Rationes aduerſar. contra Ig. Purg.
ubicunq. ceciderit ibi manebit. Item: Quodcunq.
poteſt facere manus tua inſtanter operare, quia nec
opus, nec ratio, nec ſcientia erit apud Inferos, quo tu
properas. Rurſus illud Pauli: Ecce nunc tempus ac

ceptabile, ecce nunc dies ſalutis, &c: Tu reddes uni cuiq. iuxta opera ſua. Quae ſeminauerit homo hæc & metet. Rurſus: In inferno quis confitebitur tibi. Fatemur haec, & quae ſunt his ſimilia Purgatorium Igem nullo modo tollere, cùm de ſecundo aduentu Redemptoris, & mundi conſumatione, iſta omnia eſſe intelligenda ex Nyſſeno docuerit Damaſcenus. tunc enim nemini dubium eſt, quin & irrita ſint preces pro defunctis, irrita eleemoſinæ, cæteraq; omnia officia pietatis. Ubi enim tunc pauperes? Ubi miſſarum ſolemnia? Hymni? Pſalmodiæ? finitis & ſolutis nundinis ceßat mercatura. At tam longè disſiti fructum ex noſtris ſacrificiis percipere qui poſſunt? Unde noſtrarum rerum ſenſus ad illos peruenire? Vos ego uicisſim cum Athanaſio interrogabo: Cum uitis efflore ſcit in agro, unde fit ut uinum domi recluſum odorem ita ſentiat, ut conflore ſcat & ipſum? Rurſus, languente infante, cum oleum, cereos, oblationes, quas pro illius uita, & incolumitate offerunt parentes, puer neq. contingat, neq; offerat, immo ignarus ſit omnino Sacrificii, quomodo, (inquam,) & utilitatem ſentit, & priſtinam omnino recipit ualetudinem? quod ſi parentum fides, optimaq. uoluntas, (quod in Sacro Baptiſmate contigit) infanti nunc prodeſt,

*Reſponſio.*

*Poſt iudiciū nullus Ignis Purgat. Vide Num. 65. q̃q̃ locus ille Nyß. nunc non extet in illius operib.*

*Obiectio ſecūda*

*Reſponſio D. Athanas. quæſt. 34. ad Antioch.*



cur non uiuentium oblatio defunctis etiam utilis exiſtat? At de uictima illa ſalutari, agno ſcilicet immaculato dictum eſt: Niſi quis manducauerit carnem filii hominis &c. atqui defunctorum animæ, cum neq. comedere, neq. bibere posſint, utilitatem iſtam percipere non poſſunt. ergò deteriori eſſent conditione mortui, quàm uiuentes. Ecquis modum intelligat, quo ſeipſum Chriſtus illis communicat? Nam ſi eos qui in deſertis errabant, montibus & ſpeluncis, & foraminibus, qui altare, & ſacerdotem habere non poterant, Deus tamen inuiſibiliter ſanctificabat (uitam enim in ſe habebant, quæ in ſola huius Sacrificii participatione conſiſtit, ait enim: Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguin. non habeb. uitam in nobis) quid mirum, ſi animabus corpore exutis, huius menſæ fructum, quo ipſe nouit modo impertit? An homo mortali corpore indutus, immortale & diuinum corpus comedet, animus uero ſubſtantia immortalis, eius quod eſt immortale ineffabile, & arcana ſua ſapientia nullo modo particeps exiſtet? Equidem ſi corpus habere, pedib. ad menſam currere, manib. ſancta accipere, ore ſumere, comedere, bibere, ſola eſſent cauſa ſanctificationis: nullus eſſet eorum, qui hæc præſtant ſalutis &

*Alia obiectio.*

*Reſponſio ab abſurdo.*

*A ſimili, & conſentaneo.*

*A minori ad maius.*

*Eiuſdem confirmatio.*

uitæ & ſanctificationis expers. ſed cum animæ purgatio, in Deum dilectio, fides, deſiderium myſterii, alacritas ad participationem, feruensq. expetitio, & ſi quæ alia ſunt, quæ ſanctificationem afferunt, ab anima potius, quàm a corpore petenda ſint, neq. ad ſanctificationis ſuſceptionem, habet anima opus corpore, ſed illud ea potius: cur ſunt magis myſterii participes, quæ corpus habent, quàm quæ exutæ ſunt corpore? An quod ſacerdotem uident, & ab eo myſteria ſumunt? At qui, et illæ habent æternum ſacerdotem, omnib. omnia factum, in cuius poteſtate eſt ſanctificare, & perficere, quod ipſe uult ſemper, & ſeipſum impertiri deſiderat, qui, & iis, qui ex uiuis uerè ſumunt, ĩpertit. Non enim omnes, quibus dat ſacerdos, uerè ſumunt, ſed illi omnino ſoli, quib. dat ipſe Chriſtus. Sacerdos enim omnibus, Chriſtus autem iis ſolum dat, qui participes eſſe digni ſunt.

*Alius aduerſarior. ſcrupulus exẽptus.*

At multi ſunt inopes, & egeni, qui neq. hæredem, neq. ſuperſtitem relinquunt, qui pro illis offerat, & ſacerdotes inuitet: An putas iniuſtus, & crudelis eſt Deus, qui habenti interceſſorem indulgeat, non habenti durus & immiſericors exiſtat? Abſit. Iuſtus & miſericors eſt, & eos qui non habent habentibus connumerat. Nam quæ pro

*Quæ pro ſingulis offeruntur, Deus pro omnibus acceptat.*



ſuis quiq; perſoluunt, pro omnibus, qui id ĩ uita meruerunt, ut iuuari poſſent, libenter acceptat. Quod ſi ea quæ putamus ſingularia, benigniſſimus Deus ut comunia accipit: hæc una cauſa nos, ad officia pietatis accendere debebat. At nuſquam in diuinis Scripturis Purgatorium legimus. Quid ergo ait Iſaias? Etiam ſi per Ignem tranſeas flamma non aduret te. Tranſitum hic audio, & per ignem cuius flamma, quoniam emendatorius eſt, æternum non aduret. Rurſus. Mittet Dominus Sabbaoth, in tuum honorem contumeliam, & in tuam gloriam Ignis ardens accenditur. Audis Ignem, qui gloriam tandem nobis gignat & pariat. Item Zacharias: adduxi tertiam partem ad ignem ibiq; expurgaui eos. Aufer rubiginem de argento & egredietur uas puriſſimum. Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem. Mortuo ne prohibeas gratiam. Quam obſecro mihi gratiã dicite, mortuo dicit exhibendam? In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui, & panem tuum, & uinum tuum, ſuper ſepulturam iuſti conſtitue. Quorſum id Tobia? Si in cælis, uel Inferno ſunt, nec tertium locum conſtituimus, ubi ad eos iſtarum rerum ſenſus fructusq; perueniat? Cur item Iudas

*S. Scripturæ loca pro Ig. Purg.*

*Ex Lectione LXX.*

*diuinus ille uir, argentum colligit, & memor illius quod à Sapiente dictum eſt: Aufer rubiginem de argento & egredietur uas puriſſimum, Hieroſolymam mittit? non certè arbitratur eos qui legem uio laſſent æterno ſupplicio puniendos. An ſi omnes crederet uel in cœlo eſſe, uel ea flamma qua diues cruciatur exuri, ſi iam omnibus Chaos illud magnum obiectum, an (inquam) tot ille drachmarum feciſſet collationem? tantam pecuniam ad illos expiandos coegiſſet, ſi rem Deo ingratam facturus exiſtimaſſet? obtuliſſet pro defunctis nullo modo exaudiendus? Imò neq. Scriptura, opinor, illius memoriam conſeruaſſet, ſi eiuſmodi oblationem contra Dei uoluntatem, putaret eſſe ſuſceptam. Rogant Iudæi & oblationes conferunt, pro grauibus defunctorum delictis, & noncredemus fideles Chriſtiani, noſtras orationes, preces, Sacrificia mortuis prodeſſe? Sed prodeat ī medium ſummus ille uates Iſaias, is enim Iudæorum populum coarguens: Cum dixerint (inquit) ad uos, quærite a Pythonib. & à diuinis qui ſtridunt in incantationib. ſuis, nunquid non populus à Deo ſuo requirit pro uiuis, ac mortuis. quorum hic uidetur eſſe ſenſus: Si quando ſeductores, & deceptores, quæ à Deo uero poſtulanda uobis ſunt, ea ut à Pythoni-*

Nõ obtuliſſet Iudas niſi ſe putaret exau diendum.

*Locus Iſai. Explicatus.*



*bus requiratis, adhortentur: uos illis reſpondete, Abſit ut à Pythonib. requiramus. quin potius Deum habemus, & more oīum gentium, qui, quæcunq ſiue pro uiuis ſiue pro mortuis requirēda ſunt, non ea petunt ab aliarum gētium diis, ſed ab eo quem colunt, & in honore habent, item nos, (quod illi faciunt) a Deo noſtro requiremus. Docetur ergo Hæbreorum populus, malis illis ſeductorib. reſpondere, uerum Deum Iſrael orandum, & interpellandum pro uiuis ac mortuis. Quamquam enim Hæbreus, Græcuſq. codex, non,* ac mortuis, *ſed* a mortuis, *conſtanter habeat, non temerè tamē antiquiſſimam Eccleſiaſticæ Editionis lectionem reiiciendam puto. quam præſertim ſanctiſſimi, & doctiſſimi uiri retinuerunt, & interpretati ſunt. Ita enim legit, & interpretatur D. Thomas, ita Liranus, Rupertus, & ante annos 450. doctiſſ. ille Abbas Cluniacenſis. Ita habent antiquiſſ. Biblia in Italia, & Germania ante annos 100. impreſſa. ex quib. certè conſtat, uiuentium orationes, & ſacrificia, iis, qui Igne Purgatorio torquētur maximè prodeſſe. Quid enim bona mortuorum corporalia proſunt uita functis, & uiuentium bona ſpiritualia eiſdem non proderint? Prodeſſe autem quæ corporis ſunt, conſtat ex diuinis Scripturis. Quā*

Vetus Lati. lectio.

D. Tho. Com. Iſai. 8. impreſſionis Rom. Iulii Accolti 1580.

Biblia. Ioan. Amerbach. Baſil. Ann. 1498.

Bib. Ioa. Magni Herbort. Venetiis, an. 1483.

dam (inquit Scriptura) ſepeliētes hominē, uiderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer ī ſepulcrum, Eliſaei, quod ut tetigit oſſa Eliſaei, reuixit homo & ſtetit ſupra pedes ſuos. haec qui legis, non credis, mortuorum bona, mortuis prodeſſe? mortui, & ſepulti prophetae oſſa, quam primum mortuum contingunt, tantum illi beneficium conferunt, & Deus corporalib. mortuorum hominum beneficiis, quae ipſe contulit, mortuis aliis ſuccurrit, & non eorumdē ſpiritualib. bonis, mortuis etiam ſubuenire credendus? quod ſi mortuorum, cur non uiuentium multo magis? Etenim & Petrus aliorum precib. lacrymiſque commotus, Tabitam mortuam, Paulus uerò, qui ipſius audiebat concionem, lapſum de feneſtra Eutychum ſuſcitauit. Cur hic mulier mortua a uiuente Petro, ad uitam reuocatur? Certè quia ponens (inquit) genua orauit. Cur ille mortuus reuixit? Quia ſuper eum, uiuēs Paulus incubuit, eumq. complexus eſt, & dubitabit ullus uiuentium bona mortuis poſſe prodeſſe? Quod ſi ut ego ſaepe, cum illis diſputans, ex eis audiſſe memini, ſanos eſſe ſe, ſanaſq. ſententias tueri dixerint, maximi cuiuſque, atque ſanctisſimi, ex ſuperiorum temporum Theologis, uiriſq. diuinis deſperata eſt ſalus. Videtur certè, niſi diuina eos benignitas, ſit ob ignorationem



erroris miſerata. Ah pudeat nos tanti auſus, uel ſerò & illud Prophetæ aliquando meminerimus: Superbia tantum eſt quieſce. Nam ut taceam, nullam illis ex ignoratione ueniam dādam, ſi quod uos excogitare potuiſtis tam neceſſaria in re, illi non præſagierint, longeq́ meliore conditione, quàm illi, impertisſimum quemq; futurum fuiſſe, ut hæc inquā omittā, ſcire unum ex uobis uelim, quid nobis futurum erat, & reliquis poſteris, niſi lux iſta e ueſtri pectoris ſacrario orbi terrarum illuxiſſet? Periiſſet ſalutis ſpes omnis? Non adeo perfrictæ ſe frontis effingent, ut hoc affirment. At illud nobis fortaſſe relictum eſſet ſalutare perfugium, tātæ ſcilicet rei ignorantia, tu uero animam tuam non liberaſſes niſi nobis annunciauiſſes: O conſcientias acuta perpolitas lima, quæ ita ſubtilia, & quæ cæterorum omnium aciem fugiant, perſpexerint. Neque uero me hic iocari exiſtimetis, in re tam ſeria, quin huic ueſtro ſerupulo, ſi uos forte ſolicitos habet, reſpondeo, ibi fruſtra timeri ubi non ſit timor, cùm ne in ſomnis quidèm cuiquam unquam ante uos, neque ſapienti, neq́ ſtulto, in mentem uenerit ſuperſtitioſa iſta religio, neq́ ueſtris cogitationibus (nā ad uiſiones & reuelationes opinor non eſtis deſcenſuri) ita fidentium, ut ſeculis oīb. noua, atq. contraria uelitis intro

ducere. Sed continebo me; nã ſi decertando profici quidquã poßet, ſatis eſſe debuerat q̃d hactenus pugnatum eſt, & miſerorum mortalium, eiuſmodi eſt ingenium, ut quod ſemel defendendum ſuſcepere, id mordicus teneant. quò fit ut uix, aut nunquam potius, dum ſuperandi libido animos occupat, ueritas inueniatur, uerisſimeq́ dictum olim ſit, nimium altercãdo ueritatẽ amitti. Verum id unum mihi propoſitum eſt, ſi etiam nihil falſi (quod ne ipſos quidem, ſi iſta legerint, iam poſtulaturos certo ſcio) unquam docuiſſent, ea tamen quæ de Igne Purgatorio in uulgus iactare auſi ſunt, non Aetnicis tantum, & Chriſtum ignorantibus, ſed Graecis, & Latinis patribus Orthodoxis, Haebreorum uetuſtisſimis, Apoſtolicae doctrinae. perpetuo deniq. conſentientis Eccleſiae conſenſui è diametro pugnare. quod ita eſſe iam apparebit, ſi tot ſanctisſimos, & doctisſimos uiros, aduerſus paucos produxerimus. Etenim ſi hac in re, propria mea leuiaq. proferrem: non recuſarê quo minus me, perinde ac ſuſpectum auerſarentur, ſin mea omnis induſtria & labor, eo tantùm pertinet ut qui in errore ſunt, erroribus abſoluantur, ut Chriſti unius paſtoris oues, eiſdem caulis concludantur, ut quemadmodum unum Deum unam fidem, unum baptiſma profiteri gloriamur



ſic omnes unum corpus, idẽ dicamus, idemq. ſentiamus: nil cauſae eſt, cur non aequam, ac maiorem etiam audiendis his, atq. ego colligendis, diligentiã adhibeant.

FINIS.

# INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ, EX QVIB. IGNIS PVRGATORIVS uel aperte aſſeritur, uel iis citandis, & explicandis, Sancti patres, & Hæbreorū ſcriptores, illū pleno ore confirmāt.

1 Et collocauit ante paradiſum Kerubim, & flammeum gladium. Geneſ.3.

2 Et pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorram ſulphur &c. Gen.19.

Et lauabitis ueſtimenta neſtra die 7. & mundi eritis, & poſt hæc &c. Nume.31

4 Hæc eſt iuſtificatio legis, quam conſtituit Dominus Moyſi, præter aurum & argentum, & æramentum, & ferrum, & plumbum, & ſtannum, & omnis res quæ tranſit per ignē, & mundabitur. Num.31

5 Deus noſter Ignis conſumens eſt Deuter.4

6 Hæc eſt terra, quæ cecidit uobis in hæreditatem. Ioſu.18

7 In increpationibus pro iniquitate erudiſti hominem; & tabeſcere feciſti ſicut araneā, animam eius Pſal.38

8 Moab olla ſpei meæ. Pſal.54

9 Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis Pſal.110

10 Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dom. timentib. ſe Pſal.102

11 Ignis ante eum præcedet, & inflammabit in circuitu, omnes inimic. eius Pſal.96

12 Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi Pſal.48

13 Verumtamen imaginem eorum, in ciuitate contemnes. Pſal.72

14 Vt ouis ad occiſionem poſiti ſunt, mors depaſcet eos Pſal.49

15 Beatus uir, quem tu erudieris Dom. & de lege tua docueris eum, ut ceſſare facies eum a diebus mali Pſal.94.

16 Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Pſal.6.37

17 Mortuo homine impio nulla erit ſpes Prou.11

18 Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas puriſſ. Prou.25

19 Væ impio quoniam retributio manuum ſuarum ueniet ei. Iſai.3.

20 Cum dixerint ad uos, quærite à Pythonib. & à diuinis, qui ſtridunt in incantationib. ſuis nunquid non populus à Deo ſuo, requirit pro uiuis ac mortuis? Iſa.8.

21 Lauabit Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion in ſanguine, emundabit de medio eorum, ſpiritu iudicii, & ſpiritus combuſtionis. Iſa.4.

22 Etiam ſi per ignem tranſeas, flamma nō aduret te Iſa.43.

23 Ambulate ī lumine ignis ueſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis Iſa.50.

24 Mittet Dominus in Sabaoth in pinguib. eius tenuitatem, & ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit quaſi cōbuſtio ignis; uel ut citant Græci: Mittet Dominus Sabaoth in tuum honorem contumeliam, & in tuam gloriam ignis ardens accenditur. Iſa.10

25 Omnes ex igne exibunt, & ignis uorabit eos Iſai.47

26 Vidi cacabum ardentem, & facies eius a facie Aquilonis Iere.1.

27 Et fluuius igneus currebat ante eum Dan.7

28 Rotæ eius ignis accenſus Dan.7
29 Multi ex dormientib. in terræ puluere ſurgent &c. Dan.7.
30 Deus perfectum opus eius, quoniam omnes uiæ eius rectæ Oſe.14.
31 Et adduxi tertiam partem ad ignem, ibiq. expurgaui eos Zaca.13
32 Vidi mulierem ſedentem ſuper talentum plumbi Zaca. 5.
33 Et calcabitis impios, cum fuerint ſub plantis pedum Mala.4.
34 In igne Domi. deuorabitur omnis terra Sopho.3.
35 Sedet Dñ. &conflat,&purgat filios Iuda Mala.3.
36 Sit anima Dom. mei ligata in faſciculo uiuẽuentium 1.Reg.25
37 Dominus mortificat, & uiuificat deducit ad inferos,& reducit 1.Reg.2
38 Omne opus adducet Deus in iudicium Eccl.12
39 Spiritus redeat ad Deum qui dedit illũ. Eccl.12
40 Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem Eccl.38
41 Mortuo ne prohibeas gratiam Eccl.7
42 In requie mortui requieſcere fac memoriã eius, & conſolare illum, in exitu ſpiritus ſui Eccl. 38
43 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes &illuminabo omnes ſperantes in Dom. Eccl. 24.
44 Sancta,& ſalubris cogitatio, eſt pro defunctis exorare 2.Mach.12
45 Panem tuum,& uinum tuum ſuper ſepulturã iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus Tobiæ.4
46 Non exibis inde,donec reddas nouiſs. quadrantem Math. 5.



47 Ipſe uos baptizat in Spiritu ſancto,& igne Math.3.
48 Metuite ab eo, qui poſtquam occiderit habet poteſtatem mittendi in Gehenam. Luc.12.
49 Vniuſcuiuſq. opus quale ſit, ignis probabit 5. Corin.3
50 Qui ædificat ſupra fundamentum hoc argentum, lapides precioſos Ibid.
51 Referet unuſquiſq. propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum 2.Cor.5
52 Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem 1.Cor.3.
53 Alioqui quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt 1.Cor.15.
94 Quæcũq. ſeminauerit homo, hæc& metet Galat.6.

## AVCTORES, QVORVM TESTIMOniis à nobis lectis, Ignem Purgatorium aſſerimus.

*Græci*

D.Petrus, apud Clementē
D.Clemens
Conſtitutiones Apoſtol.
Liturgia D.Iacobi.
Liturgia D.Baſilii.
Liturgia Æthiopum
Dionyſius Areopag.
Anaſtaſius Epiſc. Nicenus.
Hermas Pauli diſcip.
D.Seuerus Patriarc. Alexandr.
D.Baſilius.
Theophilus Anthiochenus.
D.Athanaſius.
Origenes.
D.Epiphanius.
Gregor. Nazianzen.
B.Theodoritus.
Gregor. Nyſſenus.
Euſebi. Emeſenus.
D.Chryſoſto.
S.Maximus
S.Diadochus.
Ioan. Damaſcenus.
Euchologium Græcum
Theophilactus
Oecumenius.

*Latini*

D.Hilarius.
Tertullianus.
D.Cyprianus.
D.Auguſtinus.
D.Hieronymus.
D.Ambroſius.
D.Gregorius.
D.Paulinus.
D.Bernardus.
D.Iſidorus.
Ven. Beda
Alcuinus.
Rupertus abbas
Cæſarius Arelatenſ.
Iulianus Archiep. Tolet.
Hugo Eterianus.

*Hebrei*

Rabi Simeon Ben Iochay
R.Menachem Cioneus.
R.Bachaye.
R.Nicim.
R.Iſac Alfeci.
R.Iſac Haramah.
R.Chaninah.
R.Menachem Zerach.
R.Ioſef Albo.
R.Ioſef Abuhab Hiſpan^s^.
R.Moſes Almoſinus.
R.Iſac Toletanus.
R.Mair ben Gabai.
R.Dauid Kimhi
RaKanati.
Abdias Ceforneus.

*Innominati.*

Sem Tob.
KabuenaKi
Midras nehelam.
Midras Koheleth
AbKath RoKel
Ieſod Sirim.
IalKut Thorah.
Ros haſanah
Chaguigah
Baba Mecihah.
Nedarim.
Berachoth.
Thoſaphoth.

# IGNIS PVRGATORIVS,

## POST HANC VITAM

ex Græcis patribus Orthodoxis, aſſertus à

*Bartholomeo Valuerdio, & Gandia, Villenate.*

D. PETRVS,

*apud Clementem, libro V. Recognit.*

COLVBER PRO NEQVITIA ſua, ab initio terrã edere condemnatus eſt, propter eum, quem de terra aſſumptum, iterum reſolui fecit in terrã, uſq. ad tempus quo animæ ueſtræ *per ignem tra ducta* reparentur, ſicut aliàs de hoc plenius edocebimus.

CONSTITVTIONES *Apoſtol. lib. 8. Cap. 41.*

2 OREMVS pro fratribus noſtris, qui in Chriſto requieuerunt, ut Deus ſummæ erga homines charitatis, qui animam defuncti ſuſcepit, remittat ei omne peccatum uoluntarium, & non uoluntarium, propitius ac beneuolus ei factus, collocet eam *in regione piorum, qui laxati ſunt*, in ſinu Abrahæ, Iſac, Iacob, cum omnibus qui à ſæculo ſibi placuerunt; uoluntatiq. eius paruerūt, unde fugit dolor, mœror, & gemitus &c.

*Remittuntur peccata poſt hãc uitam.*

IBIDEM.

3 SVRGAMVS, noſq. uiciſſim ſempiterno Deo per uerbum, quod erat in principio, commendemus, & Epiſcopus dicat: Qui natura eſt immortalis, & ſempiternus, à quo effectum eſt, quicquid Immortale eſt, & interitui obnoxium: qui hominem, animal ratione præditum, mundi ciuem, mortalem in ſua fabricatione effeciſti; ac immortalitatem promiſiſti; qui Enoch, & Eliam mortem experiri non permiſiſti, qui es Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, non tanquam Deus mortuorum ſis, ſed tanquam uiuentium, quia omnium animæ apud te uiuunt, & ſpiritus iuſtorum in manu tua ſunt, quos non tangit tormentum, cuncti enim ſanctificati, ſub manibus



tuis ſunt: & ipſe nunc reſpice hunc ſeruū tuū, quem in aliam ſortem elegiſti, & aſſumpſiſti, *condona ei peccata*, ſi quid tùm uolens, tùm nolens peccauit, & exhibe ei angelos beneuolos, ac *colloca eum in ſinu patriarcharum, & prophetarum, atq. Apoſtolorum*, & omnium qui à ſæculo tibi placuerunt &c.

EX IISDEM

*Conſtitutionibus Apoſtolicis, citante Anaſtaſio Epiſcopo Niceno, Quæſtion. XX. in Scripturam.*

PERAGATVR dies tertius mortuorū in Pſalmis, & orationibus, propter eum qui tertia die reſurrexit: Itē Nonus in cōmemorationē ſupſtitū, *atq. defunctorum*, etiã *Quadrageſimus* ſecūdum ueterem formam, (Moſem enim hoc modo populus luxit) nec non *Anniuerſarius* pro memoria ipſius: deturq. de facultatibus illius in commemorationem ipſius, hæc autem de piis dicimus, nã impios, & ſi omnes mundi facultates dares pauperibus, nihil iuuabis. Nam cui uiuo infenſus erat Deus, certè eidem mortuo ſit iratus, nō eſt enim iniuſtitia apud eum. iuſtus enim eſt Do 4

*Oratio pro defunctis.*

*Vetus Eccleſiæ inſtitutum.*

*Anniuerſarius.*

*Pro impiis non orandum.*

minus, & iuſticias dilexit, Et ecce homo & opus eius &c.

### EX COLLECTA
*Liturgiæ D. Iacobi, Fratris Dom.*

5 DIACONVS; In pace Dominũ Oremus. Populus; Domine miſerere. Diaconus; pro ſenibus & imbecillis &c. pro nauigantibus &c. pro remiſsione peccatorum &c. Vt aerem temperatum &c. pro omnibus patribus, & fratribus noſtris &c. pro omni anima Chriſtiana, afflicta, & uexata miſericordiæ, & auxilii Dei indigente, & ut errantes reuertantur, & redeant ad pietatem, ut infirmi conualeſcant, captiui liberentur, patreſq; ac fratres noſtri qui ante obierunt, *in pace quieſcant*, Dominum oremus &c.

*Orandum pro hæreticis.*

### EADEM

6 RECIPE Domine è manibus noſtris, munera hæc propoſita, per tuam benignitatem & fac ut oblatio noſtra, grata & acceptabilis ſit, per Spiritum Sanctum ſanctiſicata, in propitiationem peccatorum noſtrornm, & eorum quæ populus per ignorantiam admiſit, & in *requiem animarum eorum, qui ante nos dormierunt, &c.*



### EADEM
*poſt Conſecrationem.*

SACERDOS inclinatus dicit: Memento Domine Deus noſter, ſpirituum, & uniuerſæ carnis, quorũ memoriã egimus, & quorũ nõ egimus Orthodoxorũ, ac rectè de fide ſentiẽntiũ, ab Abel iuſto, uſq. ad hodiernũ diẽ, fac eos *requieſcere in regione uiuentium*, in regno tuo, & delitiis paradiſi in ſinu Abrahæ &c. 7

### EX DIONYSIO
*Areopagit: citante Anaſtaſio, de iis, qui ſanctè dormierunt.*

EGO autem recte noui diuina ſequens eloquia, quod datam ſibi ſortem, habiturus eſt quisq.: Aduerſus ipſum enim concluſit Deus, (inquit Dominus,) &, Referet unuſquiſq. per corpus, pro ut ea ſunt, quæ geſſit, ſiue bona ſiue mala. Quod autem iuſtorum quoq. preces, etiam in hac uita, non ſolum *poſt mortem* in eos ſolum operentur, qui ſacris digni ſunt precibus, diuinorum eloquiorũ Sacræ nos docent Traditiones. Quid enim Sauli profuit Samuel? quid populo Hæ 8

breo profuerunt propheticæ preces? &c.

EX EODEM
*Anaſtaſio, Quæſt.* 20.

9 DE his rurſus quoq. dicit Magnus Dyoniſius, quod ſi ſint leuia delicta, eius qui deceſſit, is accipit aliquam utilitatem ex iis quæ *pro ipſo peraguntur*; ſin autem ſint grauia, Deus eum excludit, cœterum oportet nos curam gerere noſtrarum animarum, & non ſperare eſſe conceſſam poſt mortem oblationem &c.

*Defunctis proſunt oblationes uiuorum.*

*Oblatio poſt mortē cōceditur.*

EX EODEM
*Areopag.*

10 ORATIO igitur diuinam bonitatē precatur, ut *remittat defuncto*, quæcunque per humanam infirmitatem peccauit, eumq. collocet *in lumine & regione uiuentium*, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, in loco unde fugit dolor, triſtitia, & gemitus &c.

HERMAS
*Pauli diſcipulus uiſione* 3.



ALIO illi loco ponentur multo inferiore, 11
&hoc *cum cruciati fuerint, & impleuerint dies peccatorum ſuorum, & propter hoc transferentur*, quoniam perceperunt uerbum iuſtum &c.

*Dies. ſ. purgationis.*

ORIGENES
*Comment: Lucæ cap.* 3. *Homil.* 24.

QVOMODO Ioannes iuxta Iordanē fluuium, uenientes ad Baptiſmum præſtolabatur, & alios abigebat, dicens: Generatio uiperarū, & reliqua; porrò eos qui cōfitebātur uitia atq. peccata, ſuſcipiebat: ſic ſtabit *in Igneo flumine*, Dominus Ieſus, iuxta flāmeam, romphæā, ut quemcunq. poſt exitū huius uitæ, qui ad paradiſum tranſire deſiderat, & *purgatione indiget, hoc cum amne baptizet*, & ad cupita tranſmittat. eum uerò qui non habet ſignum priorum baptiſmatum, *lauacro igneo* non baptizet, oportet enim aliquem prius baptizari aqua, & ſpiritu, ut cum ad *Igneum fluuium* uenerit, oſtendat ſe, & aquæ, & ſpiritus lauacra ſeruaſſe, & tunc mereatur etiam, *ignis accipere baptiſmum* in Chriſto Ieſu, &c. 21

*Igneus fluuius ex Daniele.*

*Omnib. neceſſaria purgatio.*

*Lauacrum ignis.*

IDEM

*Homilia xiii. in Hierem. uerba ex cap. 2. Si laueris te nitro &c.*

13 QVOMODO ſunt quædam uulnera, quæ malagmatibus & oleo, & alligaturis reddunur priſtinæ ſanitati; alia uerò ſunt iſtiuſmodi, de quibus dicatur, Non eſt malagma imponere, neq. oleum, nec alligaturas, ſed terra ueſtra deſerta, ciuitates ueſtræ igne exuſtæ, ſic ſunt quædã peccata, quæ animam ſordidant, & indigẽt homine qui habeat Poã, nitriq; ſermonem, alia uero talia ſunt, ut non poſſint ſupradicti ſermonis uirtute curari, neq. enim ſordibus comparantur, idcirco ſciens differentias peccatorum, per Iſaiam Dominus dicit: Lauabit Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion in ſanguine, emundabit de medio eorum ſpiritu iudicii, & *ſpiritu combuſtionis.* ſordes, & ſanguinem, ſordes ſpiritu iudicii, ſanguinem ſpiritu combuſtionis. Si peccaſti, & peccatorum ſorde pollutus es, lauabit Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit, de medio eorum. Si autẽ mortale peccatum eſt, non poſſumus nitro, Poaq. mundari, ſed ſpiritu iudicii, *ſpiritu combuſtionis*, & penæ. Forſitan & Ieſus

*πόαν Radiculam uocat Plin. Herbam fullorũ Heb. BORITH. Dioſc. Struthion, de qua Lucian. ĩ Pſeudomante.*

*Diuerſa lauacra, & purgatiões peccatorũ.*



ſus baptizat Spiritù ſancto, & igne, non quia eundem Spiritu Sancto, atq. igne baptizet: ſed quòd ſanctus, baptizetur in Spiritu ſãcto, & is qui poſt fidem & magiſterium Dei rurſum ad ſcelera conuerſus eſt; *cruciatu purgetur incendii.*

*Ignis Purgat.*

STATIM

SI QVIS ſeruauerit lauacrũ Spiritus ſancti, iſte in Reſurrectionis primæ parte communicat, ſi quis uero in ſecũda Reſurrectione ſeruatur, iſte peccator eſt, qui *ignis indiget baptiſmo, qui combuſtione purgatur*, ut quidquid habuerit lignorum, fœni, & ſtipulæ, ignis conſumat. 14

IDEM

*Comment: Leuit: Cap. 17. Homilia. 9.*

SI redeat unuſquiſq. ad conſcientiam ſuam, 15 neſcio ſi poſſumus aliquod membrum corporis excuſare, quod non igni indigeat. Et Propheta quidem, quoniam ab omnibus mundus erat, idcircò meruit, ut unus de Seraphim, mitteretur ad eum, qui eius ſola labia purgaret, nos uero uereor, ne *ignem non membris ſingulis, ſed toto corpore* mereamur & c.

IDEM
*paulò poſt.*

16 NON omnes purgantur eo igne, qui de altari ſumitur. Aaron purgatur illo igne, & Iſaias, & ſi qui ſunt ſimiles illis. Alii uerò, qui non ſunt tales, de quibus etiam me ipſum cõputo, *alio Igne purgabuntur*, timeo ne illo de quo ſcriptum eſt: Fluuius ignis currebat ante ipſum. Iſte ignis non eſt de altari, qui de altari eſt ignis: ignis eſt Domini, qui autem extra altare, non eſt Domini, ſed propriũ eſt uniuſcuiuſq. peccatũ, de quo dicitur: Vermis eorum nõ moritur, & ignis eorum non extinguetur.

*Iſa.6.* *Dan.7.*

*Peccatũ cuiuſq. Ignis*

IDEM
*Commentar: Pſal: 36. ad illud: Gladium euaginauerunt peccatores. Homil.3.*

17 SI in hac uita contemnimus commonẽtis nos diuinæ Scripturæ uerba, & curari uel emẽdari eius correptionibus nolumus, certum eſt, quia manet nos ignis ille, qui præparatus eſt peccatoribus, & *ueniemus ad illum Ignem, in quo uniuſcuiuſq. opus quale ſit ignis probabit.* & (ut ego arbitror) omnes nos uenire neceſſe eſt, *ad illum ignem*, etiamſi Paulus, ſit aliquis, uel

*Omnes ad ignem uenturos putat Orig.*



Petrus, uenit tamen ad illum ignem, ſed illi tales audiunt: Etiã ſi per *Ignem* tranſeas, *flamma* non aduret te. Si uerò aliquis ſimilis mei peccator ſit: *ueniet quidem ad Ignem illum ſicut Petrus & Paulus, ſed non ſic tranſiet* ſicut Petrus, & Paulus &c.

*Iſa: 43.*

IBIDEM.

18 QVEMADMODVM ad rubrum mare uenerunt Hæbrei, uenerunt & AEgyptii, ſed Hæbrei quidem tranſierunt mare rubrum, AEgyptii autem demerſi ſunt in ipſo, hoc modo etiam nos ſiquidem AEgyptii ſumus, & ſequimur Pharaonem diabolum, præceptis eius obedientes, demergemur in illum Fluuium ſiue lacum Igneum, cum inuẽta fuerint in nobis peccata, quæ ſine dubio ex præceptis elegimus Pharaonis. Si autẽ ſumus Hæbrei, & ſanguine Agni immaculati ſumus redempti, ſi non portamus nobiſcum fermentum nequitiæ: ingredimur quidem & nos *Fluuium ignis*, ſed ſicut Hæbreis erat aqua murus dextra læuaq. *ita etiam ignis erit murus*, ſi nos faciamus, quod de illis dictum eſt, quia crediderũt Deo, & Moyſi famulo eius, id eſt legi eius, & mandatis, & ſic ſequamur columnam ignis,

&columnam nubis & c.

IDEM

*Homil. 4. in Iſaiam de uiſione Dei & Seraphim.*

19 OMNES igni tradendi ſunt; ſed non omnes uni igni, *alios de altari ignis expectat*, alios ignis qui paratus eſt Zabulo, & angelis eius & c.

IDEM

*Homilia: 1. in primam uiſionem Ezechielis.*

20 DEVS noſter ignis cõſumens eſt; quid conſumit ignis iſte? Non ligna quæ cernimus, nõ ſenſibile fœnum, non ſtipulam quæ uidetur, ſed ſi ſuperædificaueris fundamẽto Ieſu Chriſti, opera peccati Ligna, opera peccati Fœnum, opera peccati inferiora Stipulam: *uenit ignis, & uniuerſa iſta examinat*.

IBIDEM

21 QVIS eſt iſte ignis, quẽ Lex ꝑdicat, & Euangeliũ nõ tacet, ? Vniuſcuiuſq. opus quale ſit ignis probabit. Quis eſt Apoſtole ignis iſte, qui probat opera noſtra? *quis eſt ignis iſte, ſic ſapiens, ut cuſtodiat aurum meum, ut argentum*

*Ignis noſtrorum operũ examinator*



*meum ſplẽdidius oſtẽdat?* ut illæſũ relinquat eũ, q in me eſt lapidẽ precioſum, ut mala tantum conſumat, quæ feci, quæ ſuperædificaui ligna, fœnum, ſtipulam? quis eſt iſte ignis? Ignem uenimettere ſuper terram, & quàm uolo ut accendatur. Ieſus Chriſtus dicit, quàm uolo ut iam accendatur; bonus enim eſt, & nouit, quia *ſi ignis iſte fuerit accẽſus, malitia conſumitur.* Scriptum eſt in Prophetis: Sanctificauit eum in igni ardenti, & uorauit tanquam fœnum ſyluam, & rurſum; Emittit dominus Sebaoth in tuum honorem contumeliam, & in tuam gloriam *Ignis ardens accenditur*, id eſt, *ut tu glorificeris emittitur ignis ĩ opera peccatorum tuorum.* tormenta enim Dei ſunt ad utilitatem conſtituta, ut ait Eſai: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos hi erunt tibi adiutorio.

*zacha. 13*

*Nota*

IDEM

*Libro. 3. Super Iob, ad illud: Pereat dies in qua natus ſum.*

DIEM mortis celebramus, quià nõ moriũtur, hi qui mori uidẽtur, propterea, & memorias ſanctorum facimus, & parentum noſtrorum, uel amicorum in fide morientium deno 22

tè memoriã agimus, *tam illorum refrigerio gaudentes*, quàm etiam nobis, piam conſolationẽ in fide poſtulantes. Sic itaq. non diem natiuitatis celebramus, quia in perpetuum uiuent, ii qui moriuntur. Celebramus nimirum, religioſos cum ſacerdotibus conuocantes, fideles unà cum Clero inuitantes, adhuc egenos, & pauperes, pupillos & uiduas ſaturantes, ut fiat feſtiuitas ueſtra, *in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus*, nobis autem efficiatur in odorem ſuauitatis in conſpectu æterni Dei. & c.

*Vide uetus inſtitutum, quod nunc retinet Eccleſia.*

IDEM.

*Homilia: 6 in exodum.*

23 DOMINVS & ſaluator noſter ſuper aquas ambulauit, ipſe eſt enim, qui uerè peccatũ neſcit; ambulauit & diſcipulus eius Petrus, licet paululũ trepidauerit, nõ enim tãtus erat ac talis, qui nihil omnino, de ſpecie plumbi in ſe haberet admixtum, habuit licet parũ, propter quod dicit ad eum Dominus: Modicæ fidei, quare dubitaſti? idcirco igititur, *qui ſaluus fit, per Ignem ſaluus fit*, ut ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, *id Ignis de*



*coquat*, & reſoluat, ut efficiantur omnes aurũ, bonum, quia aurum terræ illius, bonum eſſe dicitur, quam habituri ſunt ſancti. *Genes.*

IBIDEM

SICVT fornax probat aurũ, ſic homines iuſtos tẽtatio, *ueniẽdum eſt ergò omnibus ad Ignẽ*, ueniẽdũ eſt ad cõflatoriũ. ſedet enim Dominus, & cõflat, & purgat filios Iudæ, ſed & illuc cùm uenitur, ſi quis multa opera bona, & parũ aliquid iniquitatis attulerit, *illud parum tanquam plumbum Igni reſoluitur, ac purgatur*, & totum remanet aurum purum, & ſi quis plus illuc, plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut & ſi parum aliquid ſit auri, *purgatum tamen reſideat*. Quòd ſi aliquis illuc totus plumbeus uenerit, fiet de illo, hoc quod ſcriptũ eſt: Demergetur in profundum, tanquam plumbum in aqua ualidisſima. 24

*Mala. 3.*

IDEM

*Lib: 4. Contra Celſum, pag. 2.*

QVANDOQVIDEM Deus, Ignis conſumens dicitur, quæramus quid potisſimum à Deo conſumi deceat. Equidem maliciam dixerim, & quæcunq. eius opera quæ figuratè nominantur ligna, fœnum, ſtipula à Deo 25

*Ligna, fænũ, ſtipula igne*

*purgatorio conſumenda, quid.* conſumi potiſſimum. Certè de malis dicitur, ſuperſtruere eos iactis fundamentis, ligna, fœnum; ſtipulam, quæ ſiquis docere poteſt aliter à Paulo accipi, & corporaliter intelligendum eſſe, malos ſuperſtruere ligna, fœnum, ſtipulam: apparebit, etiam ignem materialem, intelligendum & ſenſibilem, quòd ſi euidenter figurata eſt locutio, dum mali hominis opera, ſignificantur Lignorũ, Fœni, Stipularumq. nomine, qui fit, ut non ſtatim ſuccurrat, quomodo ignis accipiendus ſit, qui conſumat ligna huiusmodi? Nam uniuſcuiuſq. opus (inquit Scriptura) probabit ignis quale ſit, ſi cuius opus ſuperædificatum permanſerit; mercedem is accipiet, ſi cuius opus exuretur, is iacturam faciet, *opus autē exuſtum quod aliud dici poteſt, quam opus malitiæ?* itaq. Deus noſter ignis conſumens eſt, ut oſtendimus, & ut ignis conflatorius aduentat, *conflaturus rationalem naturam plenam plumbo malitiæ*, cœterisq. impuris materiis auream (ut ſic loquar) naturam animæ, argenteamue adulterantibus & c.

EX DIVI

*Baſilii Liturgiæ Anaphora, è Syriaco.*



26 TV dignos efficito nos, qui puro corde ſtemus coram te, tibiq. miniſtremus, atq. offeramus Sacrificiũ hoc reuerendum & incruentum, ad abolenda delicta noſtra, & pro piaculo populi tui, eorumq. peccatorum quæ ille per inſcitiam admiſit, *ac pro tranquilla requie eorum, qui ante hac occubuerunt* cum ſpem haberent in unigenito filio tuo &c. *Oratio pro defunctis*

EADEM

27 MEMENTO etiã Domine *eorum qui diſceſſerunt, migraruntq. ex hac uita*, & Epiſcoporum Orthodoxorum, qui inde à Petro, & Iacobo Apoſtolis adhunc uſq. diem, rectũ fidei uerbum clarè ſunt profeſſi.

IDEM

*D. Baſilius Comment. Iſai. 9. cap.*

28 SI igitur ꝑ Cõfeſſionem detexerimus peccatum, iam ſuccreſcens gramen areſecimus dignum planè, *quod depaſcatur, ac deuoret Purgatorius ignis.* *Confeſſio*

IBIDEM

29 PECCATVM igitur noſtrum, niſi exſicce-

tur ritu graminis, & aretiat, non *deuorabitur ab igne, neq. incendio deflagrabit.*

STATIM

30 ERIT populus ab igne deuſtus)Non omnimodam internecionem comminatur, ſed innuit *Expurgationem* iuxta Apoſtoli ſententiam: Ipſe ſaluus fiet,ſic tamẽ quaſi per ignẽ.

EX DIVI

*Seueri Patriarchæ Alex: Liturgia.*

31 IN memoriam Domini Deiq. ac redẽptoris noſtri, &c. cum omnibus illis, qui à ſæculo tibi placuerunt, qui ſunt de ſanguine noſtro, patres & fratres, & præceptores noſtri, nec non peregrinis *defunctis,omnibus deniq. fidelibus,*Memento etiam domine eorum, qui
*Vide* communicarunt in ædificium huius templi, &manſionis huius,atq. omnium nobiſcum ſiue parum ſiue multum conſociationis habẽt, *Deus præſta eis requiem &c.*

IBIDEM

*ex aliis præcibus.*

32 RECORDARE domine animarum no-



ſtrarum, & animarum patrum,& fratrum noſtrorum & præceptorum noſtrorum, & defunctorum noſtrorum,*omnium deniq. defunctorum fidelium filiorum* Eccleſiæ ſanctæ,& glorioſæ,*tribue requiem Domine deus animabus eorum, & eorum ſpiritibus*,eorumq. corporibus & aſperge rorem miſerationum, ſuper oſſa eorũ, miſerator& miſericos,eſto nobis& ipſis,Chriſte rex noſter &c.

EX LITVRGIA

*Æthiopum.*

DOMINE uiuentium, uita mortuorum, 33
ſpes deſperatorum, auxiliator &c. quæſumus *pro iis qui dormierunt, & quieuerunt in fide,* & pro animabus omnium, quas ipſe uocaſti de populo iuſtè & rectè, *quieſcere fac eorum animas in loco amæno,*apud aquam quietis, in ſinu Abrahæ.

THEOPHILVS

*Antioch. lib.I. Allegoriar. Matthæi*

AGE quod præcepit lex, ne te diſſentiẽtẽ 34
ſibi tradat Iudici,ſcilicet Chriſto,&iudex tradet te miniſtris,id eſt Angelis, & mittaris in

Quadrans nouiſs. quid. carcerem, id eſt in Gehennam, & non exeas *inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem*, id eſt de ocioſo omni ſermone rationē perſoluas.

D. ATHANASIVS

*Quæſtio. 61. in Scripturam.*

35 A CORPORE poſtquam anima ſeparata eſt, & ex hac uita, uiaq. fuerit egreſſa, non amplius poteſt operari bonum *Quadrans autem dicitur, etiam quod reliquum eſt, & quaſi neglectum in animi cogitationibus.* &c.

IDEM

*Quæſt. 34. ad Antioch. Princip.*

36 NVM ſentiunt aliqua beneficia peccatorū animæ, cùm ſuper illis fiunt conuentus, & præcationes bonorum operum, & oblationum? Reſpon: Niſi aliqua beneficia participarent

Vide ex illo, non utiq. in cura, & exequiis fieret cōmoratio, at *ſicut uitis floreſcit extra in agro, & odorem ſentit in uaſe uinum recluſum: ſicq. confloreſcit etiam ipſum: ita quoq. peccatorum animæ piorum precibus & bonis operibus conſolantur.* &c.



D. EPIPHANIVS

*In Prouerb: citante Anaſtaſ. Quæſtion. S. Scripturæ.*

PROSVNT *autem preces quoq. pro piis defunctis*, nam & ſi magna crimina non amputent: 37
proſunt tamen, propterea quòd cùm ſimus homines, ſœpe labamur uoluntarie & inuoluntarie: non eſt pœnitentia poſt mortem. Non enim Lazarus illinc abiit ad diuitem; neq. diues ad Lazarum. Obſignata ſunt enim promptuaria & impletum fuit tempus, & peractum eſt certamen, & datæ ſunt coronæ, & qui ſuperati ſunt in corpore, eiecti ſunt è uita & omnia perfecta ſunt, & abſoluta poſtquam hinc diſceſſimus. &c.

IDEM

*hæreſi LXXV.*

ERAT autem Aerii ſermo furioſus, magis quam homine dignus, dicebat enim: Qua 38
ratione poſt mortē nominatis nomina mortuorum? Orat uiuens, aut diſpenſationem facit, quid profuerit mortuo? ſed quid hoc cōmodius, aut magis admiratione dignum, quod credunt præſentes, quod hi qui deceſſerunt, uiuunt, & non ſunt nulli, ſed ſunt, & ui-

uunt apud Dominum, & ut pientiſſimam prædicationem recenſeam, quod ſpes eſt orantibus pro fratribus uelut qui in peregrinatione ſunt. quod eccleſia neceſſario perficit, traditione à Patribus accepta.

IBIDEM.

39 PROSVNT itaq. preces pro peccatoribus defunctis, etiam ſi totã culpam non abſcindant, pro illis ergo memoriam facimus miſericordiam Dei implorantes.

IDEM
*Orat. de Vera eccleſia*

40 IN his qui uita functi ſunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos, & myſteriorum diſpenſationes.

EVSEB.
*Emeſenus, Hom. 3. de Epiph.*

41 QVI temporalib. pœnis digna geſſerunt, ad quos ſermo Dei dirigitur, quod non exeunt inde donec reddant nouiſſ. quadrantem per *fluuium igneum* de quo propheticus ſermo commemorat: Et fluuius rapidus qui



currebat ante eum per uada *feruentib. lobis* horrenda tranſibunt. quanta fuerit peccati materia, tanta erit per tranſeundi mora.

IBIDEM

ILLIC iuſti uelut per amænos gurgites *incendiis naturã ſuam mutantib.* tranſmeabunt, *intacta ignib. corpora*, ipſis honorificanda pœnis, quia non ſunt onerata peccatis. in illos enim *ſæuis eſtib.* nil licebit, quos ante libidinum flamma non attigit. 42

NAZIANZENVS
*Orat: de laudibus Athanaſii*

PROPTEREA nobis iam iacentibus, cornu ſalutis erectum eſt, lapiſq. angularis nos, & ſibi, & inter nos conſtringens, opportunè iniectus eſt, aut *ignis malæ & uitioſæ materiæ purgator*, aut nentilabrum ruſticum, aut gladius uitii radices excindens. &c. 43

IDEM
*Orat: de moderatione in diſputatione ſeruanda.*

QVASI uero neceſſum eſſet, ut externis hoſtibus domitis, in noſmetipſos arma uertere 44

muſ,mutuiſq. uulneribus confoderemur, ac furentium ritu,ne propriis quidem carnibus parceremus,tantumq. à miſeriæ noſtræ ſenſu abſimus,ut maiorem ex hoc malo, quam alii ex pace& concordia uoluptatem capiamus, calamitatemq. lucro deputemus, oppreſſioneq. noſtra, & euerſione cultum, obſequiūq; Deo præſtari exiſtimemus,ac diuidamur&incendamur non laudabili ac præclara,ſed flagitioſa diuiſione, *nec incendio illo purgante*, ſed funeſto,&exitiabili, non enim acutus ille, & penetrabilis ſermo, hoc eſt Chriſti gladius pios ab impiis diuidit, *nec ignis iacitur, & accenditur uitioſam materiam abſumens atq. exhauriens*, ſed contrario planè ac prius modo ſcindimur,& conſumimur &c.

## THEODORITVS
### *Hiſt: Eccleſiaſt: lib: 5 Cap: 36.*

45 POSTEA uerò ipſæ etiam Ioannis Doctoris præſtantiſſ. reliquiæ fuere Conſtantinopolim, urbem primariam traductæ, itaq. fidelis hominum cœtus, pelagus nauigiorū multitudine,uelut,continentem efficiens,Boſphori oſtium,ad Propontidem ſitum lumina

*Reliquiæ ſāctorum ueneranda.*

ribus



ribus cooperuere; hunc theſaurum qui iam imperium adminiſtrat (qui ut aui nomen fert,ita ſinceram eius pietatem ſeruat,) in illā urbem importandum curauit, idemq. uultu & oculis, in ſancti illius uiri loculo defixis, pro parentibus preces fudit, orauitq. ut *iniuriarum per ignorationē factarum, ueniā illis tribueret.* Iam pridem autem eius parentes mortē obierant,illo iam tum ualde adoleſcente orbo relicto, &c.

*Theodoſius Imperator, ad Sanctorū reliquias, orat pro defūctis parētib.*

## D. GREGORIVS
### *Niſſenus, Orat. de Mortuis.*

TVNICA illa pellicea, ſecum ferens oēs 46
proprietates,quas ex beſtiarum natura continet,nempè uoluptatem,iracundiam, gutturis,uentriſq. uitia,& alia eiuſdem generis,hominis propoſito præbet occaſionem,ut ad utrum uelit ſeſe conuertat,cùm uirtutis & uitii materia ſit,in quibus. dum hic uiuit, pro arbitratu ſuo uerſatur. Si neglecto quod beſtiarum eſt,urbanius uiuendi genus complectetur,ratione uincens,quod rationi contrarium eſt,præſenti hac uita uitium ſibi admixtum expiabit, ſin quò perturbationum impetus ducet, inclinabit: beſtiarumq. pellē ad

uitia miniſtram,& adiutricẽ adhibebit, aliud ei deinde incundum erit conſilium, ut ad bonum perueniat,cum è corpore egreſſus, cognita,quæ inter uirtutem & uitium eſt differentia,non poterit diuinitatis particeps fieri, *niſi maculas animo immiſtas Purgatorius ignis abſtulerit &c.*

IDEM

*ſtatim.*

47 HIS de cauſis corporis uſus nobis eſt neceſſarius, eo namq., & liberum nobis adeſt arbitrium, & reditus non intercluditur, ſed hoc ordine & curſu uolentes ad bonum prouehimur, aliis quidem iam inde ab eo tempore,quo uiuunt hic ſpiritalem,& à uitiis ac perturbationibus alienam uitam inſtituentibus, quales intelligimus patriarchas & prophetas extitiſſe &c.aliis autẽ *poſt hanc uitam Purgatorio Igne materiæ labes,& propenſionem ad malum,abſtergentibus*,&ad gratiam initio naturæ conceſſam uoluntaria bonorum cupiditate redeuntibus.

*Liber. Arbitr.*

IDEM



*Orat. de Infantibus qui præmaturè abripiuntur.*

AN hic qui in aerem prodiit, priuſquam homo factus eſſet ( ſiquidẽ hominis propriũ donum rationis eſt ,at hic nondum capax erat ) hic qui nihilo plus habebat,quam is qui in materno utero continetur, præterquam quòd in aere fuit,in ea ætate cum ſit,per mortem ſoluitur, uel expoſitus uel ſuffocatus, uel ſponte per infirmitatem uiuere deſinẽs, quid de eo cogitare oportet, quomodo item de iis qui exitum uitæ habuerunt ,ſentire? an illa quoq. anima Iudicem uidebit? tribunali cum aliis ſiſtetur? ſubibit actæ uitæ iudicium? accipiet pro merito retributionem , & compenſationem ? *uel Igni purgata*,iuxta Euangelii uerba,uel in rore benedictionis refrigerata,atq. refocillata ? 48

EADEM

QVEMADMODVM illi qui auromateriam immixtam, per ignem expurgant , non ſolum id quod adulterinum eſt,igne liquefaciunt,ſed omninò neceſſarium eſt,ut purum 49

quoq. cum adulterino,improbo,atq. corrupto liquefiat, atq. hoc conſumpto illud manet :eodem modo planè neceſſe eſt, ut dum uitioſitas *Purgatorio igni* abſumitur, *anima quoque quæ cum uitioſitate unita eſt, in igni ſit, donèc id quod inſperſum eſt adulterinum, materiale,atque fucatum,& corruptum,totum aboleatur igni conſumptum.*

EADEM

*Vide appoſitam ſimilitudinem.*

50 QVEMADMODVM ſicui funiculo, lutũ
tenacius altè penitùs circumlinatur, deinde per quoddam anguſtum foramen, initium funis traiiciatur,ac uiolenter aliquis introrſus ab ſummitate,funem attrahat:omnino neceſſe eſt,ut funis quidem ſequatur attrahentem, lutum uero circumlitum,ex uiolenta tractione,extra foramen maneat à fune deterſum,& abraſum,eiq. cauſa exiſtat,ut cum eo in tranſitu non commode agatur,ſed uiolentam ſuſferat ab attrahente extenſionem :tale quiddam mihi uidetur circa animam quoq. cogitari, atq. intelligi oportere, eam uidelicet, materialibus,atq. terrenis affectibus inuolutam laborare,atq. diſtendi, dum Deus quidẽ quod ſuum eſt ad ſeſe trahit,quod autem alie-

Nota



num eſt,propterea quòd,cum anima quodã modo coaluerit, *uiolenter abraditur & abſtergitur*,acresq. ei,atq. intollerabiles affert dolores &c.

EADEM

NON eſt par utrumq., tùm eum qui in 51
malis uetitis,tãdiù uerſatus ſit,tùm eum, qui inmediocria delicta, quædam inciderit, per *Purgationem* uitioſi habitus, ex æquo diſcruciari,atq. dolere,ſed pro modo ac quantitate materiæ uel longiore, uel breuiore temporis ſpatio,*illa flamma dolorifica*,quandiu fuerit, id quod eã alat accẽdatur.Cui igitur magnum inhæſerit onus materiale; in eo neceſſe eſt,magnam, ac diutius *durantem eſſe flammam, quæ materiam eam conſumat*;in eo uerò, cui minori ſpatio temporis *Ignis ille conſumens*, admouetur,tãtum de uehementiori,atq; acriore operatione pœna remittit, quãtum quod ad modum uitioſitatis attinet, ſubiectum fuerit diminutũ.oportet enim penitus ac prorſus aliquãdo malum eximi,ex eo quod eſt,&,quod in ſuperioribus dictum eſt, id quod re ipſa nõ eſt,ne eſſe quidem omnino &c.

EADEM.

52 NOVIT Euangelica doctrina, & decies mille talentorum, & quingentorum denariorum, & quinquaginta, & quadrantis alicuius quod in moneta extremum eſt, quendam debitorem, ac iuſtum Dei iudicium omnia perſequi, proq; magnitudine æris alieni, prorogare & extendere neceſsitatem ſolutionis, ac ne minima quidem deſpicere, ac præterire. Solutionem autem debitorum, non ex pecuniarũ deciſione, ac diſolutione fieri, Euangelium dixit, ſed tradi tortoribus obæratũ, donec ſoluerit (inquit) quidquid debet, quod nil aliud eſt, niſi *per tormentum neceſſarium, æs alienum ſoluere.*

IDEM
*Orat: de Mortuis.*

53 HANC diuina ſapiẽtia rationem inuenit, nempè ut ſineret hominem, in quibus uoluiſſet uerſari, ut guſtatis malis quæ concupiuiſſet, & experientia doctus, qualia qualibus mutaſset, ſua ſpõte per cupiditatem recurreret, ad primã beatitudinem, omni uitioſa atq. irrationali propenſione, tãquam onere aliquo naturæ, remota, uel in præſenti uita, per ſobri



& attentã uiuendi rationem, ac philoſophiã, uel poſt migrationem ab hac uita, *per Purgatorii ignis fornacem expurgatus.*

IDEM
*Orat: in dictum Apoſt. Subiicietur Chriſtus ei qui ſubiecit ei omnia &c.*

ALIQVANDO natura mali, ad id quod nõ eſt redigetur, penitus ex eo quod eſt deleta atq. ſublata, & omnem rationalem naturam diuina atq. immortalis bonitas in ſe cõtinebit, nemine eorum qui a Deo facti ſunt, regno Dei excidente, cum omni rebus immixta uitioſitate, ueluti corrupta quadam materia p *Purgatorii ignis fornacem reſoluta atq. conſumpta*, uniuerſum quod à Deo originem & generationem habuit, tale factum fuerit, quale erat ab initio cum nondum uitioſitatẽ ſucceperat &c. 54

*Fuere aliquot patres in hac ſententia, omnes eſſe ſaluandos.*

IDEM
*Orat. De iis qui immaturè abripiuntur.*

QVICVNQ. diuinam potentiam conſiderat, is planè animaduertit, quod etiam illũ, qui ad eum modum improbitatis, ut uſq. ad ſenectam, ſcilicet debacchetur, quaſi in conui 55

uio huius mundi, progreſſus ſit, longi cuiuſdam temporis circuitu, per *æoniam purgationem, atq. expiationem* ordini eorum, qui ſeruātur, reſtituere poſsit &c.

### IDEM
*Diſputa: de Ani: & Reſurr: cum ſorore.*

56 SI ergo uel nunc adhibita cura atq. diligentia, uel poſt hac, per *Ignis purgationem, anima* noſtra libera fuerit, ab ea coniunctione, qua cum ratione carentibus affectibus coaluit, atq. concreuit, nulla re ad boni & honeſti contemplationem impedietur &c.

### S. DIADOCHVS
*Ultimo Cap: Exercitation. Spiritual.*

57 QVI tempore mortis, uel pauliſper formidarint, in multitudine omnium aliorū hominum relinquētur, tanquam iudiciū ſubeuntes, *ut Igne iudicii examinati,* ſortes debitas recipiant.

### S. MAXIMVS
*in Reſpons. de Obſcuriorib. locis S. Scripturæ, ad Thalasſium.*

58 QVANDOQVIDEM S. Diadochus, iudi

candos



candos eſſe quoſdam *per ignem*, & *purgandos in ſeculo futuro* dicit, rogo ut explanes mihi propoſitum eius, Reſpon: Qui adepti fuerint charitatis perfectionem erga Deum, & alas animæ per uirtutes in ſublime extulerunt: rapientur ut eſt apud Apoſtolum, in nubibus obuiam uenienti, qui uerò non fuerint adepti perfectam charitatem, ſed potius peccata habuerunt, ut pote nondum purgati, hi ad tribunal Iudicii ueniunt, ubi per examinationē bonorum & malorum *operum uſti,* à ſupplicio liberati *purgantur.*

### D. IOANNES
*Damaſc. Orat. pro Defunctis fidelibus*

PORRO autem Verbi diſcipuli, atq. conſpectores, à quibus Orbis uniuerſus captus ē, 59
illi, inquā, Saluatoris diſcipuli, ac diuini Apoſtoli, ut in tremendis, ac puris, uitamq; afferētibus, myſteriis, *eorum, qui cum fide, diem uitæ extremum clauſiſſent, memoria fieret, inſtituerunt,* quod etiam firmè, atq. conſtanter, ac ſine ulla controuerſia, Catholica & Apoſtolica Eccleſia, ab extremis finibus, ad extremos uſq. fines, ab eo tempore ad hunc uſq. diem ſempèr retinuit, ac tantiſper dum mundus hic erit retinebit.

*Euchariſtiæ myſteria tremenda, pura, uitam afferētia.*

*Orare pro defunctis Apoſtolica conſtitutio.*

IBIDEM

60 ERVDITISSIMVS ille, atq. in explicandis rebus diuinis exercitatiſſ. Dionyſius (libet enim quo planius fiat id quod probandum inſtitui, diuina ac ueneranda ipſius uerba uſurpare) in myſtica ſua de iis qui mortẽ obierunt contemplatione, diſertè hoc aſſerit, Sanctorum preces in hac quoq; uita; *nedum poſt mortem*, in iis qui ſanctis precibus digni ſunt .i. piis ac fide præditis, *efficaces eſſe*, (non eſt dubium, quin hoc loco peruoculam hanc *Nedum*, nihil aliud intelligendum ſit, quam *Quanto magis*) nõ enim diuinus Pontifex, ac diuinæ iuſtificationis interpres, ea unquam in animum induceret, poſtulare, quæ Deo quàm gratiſſima non eſſẽt, quæq. ipſe, ſe daturum, minimè recepiſſet. Ob idq. profanis, hoc eſt, iis qui baptizati non ſunt, cum è uita deceſſerint, iſta haud quaquàm precatur atq; optat. Diuinus itaq. Pontifex, quæ Deo grata ſunt, poſtulat, quodq. ille prorſus daturus eſt.

*Sanctorũ hominum preces & uiuis, & mortuis utiles.*

IBIDEM

61 HOC igitur ſupplex à diuina bonitate petit Pontifex, ut *errata, per humanam imbecillitatem, admiſſa remittat.*



IBIDEM

POST hunc autèm, rurſus Gregorius ille, qui à Theologia cognomentum traxit, in ea Oratione, quã in Cæſarii fratris funere habuit, de matre ſua adhunc modum loquitur: Anditum eſt (inquit) præconium, dignũ quod ad omnes aures perueniat, ac matris mæror, per egregiam, ac ſanctam pollicitationem, qua ſe filio, quidquid opum ipſe habebat, ipſius nomine, in *parentales munus oblaturam* recepit, exhauritur. Rurſus: Atq. hæc ſunt quæ à nobis proficiſcuntur, ac quædam iam perſoluimus, quædã rurſus perſoluemus *Anniuerſarios nimirum honores, ac commemorationes offerentes &c.* Cerniſne, ut p̃clara, & pia ea munera aſſerat quæ eorũ qui uita functi ſunt nomine, Deo offerũtur? Anniuerſariasq. cõmemorationes ab eo libenter admitti? 62

*Nazianz.*

*Anniuerſariorum antiqua conſuetudo.*

IDEM

*Damaſc. Ibidem*

DEINCEPS ille, uerè aurea loquens, atq. 63

*Chryſoſtomi laus.*

ab auro cognomentum nactus Ioannes, Ille, inquam, amoris erga pauperes, ac pœnitentiæ dux,& magiſter,in luculentisſima ſua Enarratione in Epiſtolas ad Philipenſes,&Galatas,his uerbis utitur,Nam cum gentiles, ſimul cum iis qui mortem obierunt, bona ſua comburant,quanto tandē æquius eſt, te qui fide præditus es, operam dare, ut,eius qui fide præditus erat, *bona eum proſequantur?* non ut ea in cinerē,uelut illa dilabantur,ſed ut *maiorem ipſi gloriam concilies*, ac ſi peccator erit is,qui fatis conceſsit:*eius peccata deleas*, ſi autē probus ac iuſtus, ea illi in mercedis ac remunerationis cumulum cedant,

*Oblationes pro defūctis, eorum pecca ta delit.*

IDEM

*Damaſcen. Ibidem.*

64 RVRSVS in alia Oratione: Excogitemus quemadmodum de iis,qui obierunt benè mereamur,*auxilium quod nobis in promptu eſt ipſis offeramus*,hoc eſt,Elemoſynas, & oblationes, id enim uberem fructum atq. ingentem utilitatem ipſis accerſit,non enim hæc fruſtrà ac temerè inſtituta,Eccleſiæq. Dei, à ſapientisſimis ipſius diſcipulis tradita ſunt,nimirum ut Sacerdos,pro *iis qui in fide obdormierunt in tre-*



*mendis myſteriis uota faciat*. probè ſiquidē norant,hinc ingentem quæſtum,& utilitatem ad eos redire.

IDEM

*Damas: Ibidem.*

HIS etiam aſtipulatur Doctiſſimus Gregorius Nyſſenus,ad hunc modum loquens: Nil inconſultè, atq. incaſſum à Chriſti præconibus,& diſcipulis proditū eſt, & in omnibus Dei Eccleſiis obtinuit, uerùm id utile ac Deo gratū eſt, nempè ut in diuino ac ſplendidisſimo Sacro,*eorum qui è uita,in recta fide diſceſſerunt,memoriam agamus*.Hæc enim:Tu reddes unicuiq. iuxta opera ſua; & Quæ quisq. ſeminauerit,ea&metet,&quæ his ſimilia ſunt, procul dubiò de Creatoris aduentu,&horrēda illius temporis ſententia,atq. huiusce mūdi conſumatione,dicta ſunt tùm enim ferendi auxilii neutiquam tempus erit, uerū omnis de precatio fruſtrà adhibebitur; ſolutis enim nundinis,negotiari iam,ac quæſtum facere,(non) licet. Vbi enim tum pauperes exiſtūt?ubi Miſſæ?ubi Pſalmorum cantiones? ubi beneficia, & probæ actiones?ac proinde ante horam illam id curemus,ut alii aliis opi 65

*Rationes hæret. ſolutæ.*

tulemur, ac benigno, & hominum atq. animarum amanti Deo, ea quæ ex fraternæ charitatis officio ſunt, offeramus. Perlubentèr enim id accipit; iiſq. qui improuiſò, atq. (ut ita dicam) imparati ex hac uita diſceſſerunt, eas quas propinqui, ac familiares ipſi offerũt, prætermiſsi officii uices aſſcribit, perindeq. reputat, ac ſi ipſimet his operibus functi fuiſſent. ſic enim facilis ille, ac clemẽs Dominus, à ſe poſtulari uult; eaq. tribuere, quæ aliis quos creauit, ad ſalutem petuntur.

IDEM

*Damaſ: eadem Oratione*

66 QVIDNAM autem eſt, quamobrem graue, ac moleſtum hoc quibuſdã uideatur? An non ea, quæ martyrio prima perfuncta eſt, Falconillæ uita functæ, *ſalutem attulit?* At dices fortaſſè, hanc meritò, quia princeps martyr erat, hoc conſecutam eſſe, æquumq. fuiſſe, precibus exaudiri; Rectè (inquam) ais, eã primam martyrem fuiſſe, uelim autem hoc rurſus conſideres, cuiusnam cauſa poſtulabat, nempe pro gentili, & Idolorum cultrice, profanaq. prorſus opifice, atq. à Chriſto auerſa. Hic autem fidelis pro fideli ad eundẽ

*Tecla matrẽ á pænis liberat.*

*Tecla princeps martyr.*



Dominum preces fundit.

IBIDEM

67 CONFER te rurſus ab his, ad alia eiuſdẽ generis, & facultatis, nimirùm ad Lauſiacam illam Palladii hiſtoriam, in qua miracula, à magno, ac mirifico uiro Macario edita, ueriſsimè perſcripta ſunt. Is etenim, & de iis, qui fatis conceſſerunt, ſiccum quoddã cranium ſciſcitatus, omnia perdidicit. cumq. ex eo quæſiuiſſet, nunquamnè igitùr, ſolatii aliquid inuenitis? (uſitatum enim, ac familiare ſancto uiro, pro iis qui uita migrauerunt, nota facere, auebatq. ſcire, an fructuoſæ illæ, atq. utiles eſſent) hoc Dominus, cuius mirus ergà animas amor eſt, ſeruo ſuo indicare, exploratumq. reddere uolens: ueritatis ſermonem ſicco illi cranio inſpirauit. Quo tempore (inquit) mortuorum *cauſa preces offers, tum ſanè nonnullius ſolatii ſenſu afficimur.*

IBIDEM

68 RVRSVS alii cupiã e diuinis patribus, cuius diſcipulus quidam, negligenter uitam inſtituebat, tandemq. in ea incuria extremũ uitæ ſpiritum ediderat, ille ſingulari miſeri-

cordia, atq. erga animas beneuolentia præditus Dominus, ſenis lachrymis, precibusq. commotus, eum inſtar diuitis illius, de quo in Lazari hiſtoria mentio fit, ad collum usq. deflagrantem ei oſtendit, ac deindè cùm ſenex, ꝑmultis ſeſe laboribus afflixiſſet, Deũq. cum lachrymis obſecraſſet, ad zonã uſq. rurſus demonſtrauit, poſteaq. item cum uir ſanctus labores laboribus adiunxiſſet, *liberum prorſus eum atq. ab Ignis ardore uindicatum ꝑ uiſum* ſeni oſtendit. & quiſnã tot de his rebus teſtimonia, in Sanctorum uitis, ac diuinis reuelationibus ſita, ordine receſere poſsit? quibus id perſpicue oſtẽditur, *defunctis etiam poſt mortem, preces eas, ac Miſsas & Eleemosynas quæ pro illis fiant, magnopere prodeſſe?*

*Macarii orationib. liberatur quidã ab Igne Pur.*

IBIDEM

69 QVOD ſi alios inſuper hiſtoricos commemorare opus eſt, prodeat in medium Gregorius Dialogus, ãtiquioris Romæ Epiſcopus, uir, ut omnes norunt, tũ uitæ ſanctitate, tùm eruditione clarus, is enim ardẽtiſsima oratione, *Traianum ab illis pœnis liberauit.*

*Græci, a Dialogis, quos cõfecit, Gregorium Dialogum uocant.*

IBIDEM

Ma-



MAGNVS quoq. Athanaſius, in elegãtiſſima Orat. quam de iis, qui è uita diſceſſerunt edidit, his uerbis utitur: Etiam ſi in aere collocatus ſit, ille qui cum pietate diem uitæ extremum egit: tamen implorata Chriſti Dei ope, *Oleum, ac ceram ad ipſius ſepulcrum accendere ne recuſes.* grata enim & accepta hæc Deo ſunt, ingenſq. ab eo præmiũ referunt. Oleũ enim ac cera holocauſti inſtar ſunt, *Incruẽtum autẽ Sacrificium Deum placat.* beneficientia deniq. erga pauperes, bonæ omnis remunerationis incrementum eſt.

*Athanaſ. animas in aere pendere ut Virg. - aliæ panduntur inanes Suſpenſæ ad uẽtos.*

IBIDEM

EI qui pro defuncto orationem facit, idem 70
ſit propoſitum, quod illi, qui paruulum filiũ, ac prorſus infirmum, & imbecillem habet ac deinde eo morbo laborante, cereos, & ſuffitum cum oleo coniunctum ad diuinum templum affert, eaq. filii nomine adolet atq. abſumit, non enim hæc puer ipſe tenet, atq. offert. quemadmodũ nec Renunciationes atq; Cõiunctiones ipſe obit, cum diuinitus regeneratur conſimilem in modum exiſtimet eũ, qui extremo uitæ die, in Domino perfunctus ſit, *Cereos & oleum eaq. omnia, quæ pro ipſius re*

*Abrenuncio Satanæ, & adhæreo Chriſto, &c.*

*deptione offeruntur, cum manibus tenere & offerre.*

IBIDEM

71 DIVINARVM rerum præcones Apoſtoli, & Sacri Magiſtri, & Spiritu ſancto inſpirati patres, ac numine diuino, quãtum fas eſt correpti, potentiæq. ipſius, quæ hominem extra ſe rapit ut cunq. participes effecti, diuino ore uti Deo gratum erat, iſta omnia, hoc eſt *Miſſas, & preces, ac Pſalmorum cantus, Anniuerſariaſq. eorum, qui morte prærepti ſunt commemorationes inſtituerunt*, atq. ſanxerunt. quæ quidẽ ad hunc uſq. diem benigni Dei gratia, ab ortu ſolis uſq. ad occaſum, & Septentrionem, ac meridiem, in Domini Dei, qui regium in reges imperium obtinet, laudem, atq; gloriam augentur, ac nouis ſubinde acceſſionibus amplificantur.

IBIDEM

72 MIHI, iiſq. quibus ego carus ſum, illud quidem ſi fieri poteſt, contingat, ut mihi ipſi ſubſidium feram, nec ullam officii partem inchoatam relinquam, quòd ſi me fata ante interceperint, utinã ſaltem ille ampliſſima miſericordia præditus Dominus, mihi propin-



quos, & amicos inflectat, animaſq. ac corda eorum calore afficiat, *ut per opera proba, & Deo grata* perquamlubentèr, ac promptè *mihi ſuppetias ferant.* & ſi quid pro humana imbecillitate offitii prætermiſerim, illud meo nomine, poſt mortem meam expleant.

IDEM

Si cum adhuc ſuperſtes eſſes, non eò progreſsus es, ut animam tuam omni ex parte probè compoſitam habeas, ſaltem illud in 73
uitæ calce, tuis manda atq. impera, *ut poſt obitum tuum facultates tuas, ad te tranſmittant*, ac per opera bona, id eſt, per Eleemoſynas, & oblationes tibi ſubſidiũ ferant. nã hinc quoq. fiet, ut cum Redemptore, in gratiam redeas. hæc enim ipſi grata ſunt, & accomodata.

IBIDEM

IN tuis codicillis unà cũ liberis, & cognatis, cohæredẽ quoq. Dominum ſcribe, charta tua Iudicis nomen complectatur, nec *pauperum memoriæ ſit expers*, atq. ego horum me fideiuſſorem profiteor.

IDEM

74 QVOD ſi quis pro peregrinis ac pauperi
bus,quiq. aliorum ſubſidiaria opera careant
nec quicquam in Miſſas, piaſq. erogationes
relinquere poſſunt,ad hunc modũ loquitur:
Quid tãdem iſte ait? An quia ipſi opibus de
ſtituuntur, exteraſq. regiones incolunt, nul-
loq. loco ac numero cenſentur ,nec habent,
qui laboris ſocios ſeſe illis adiũgant : propte
rea ſalutem non aſſequentur? Iniquitas ergo
in Deum cadet,ſi quidem habẽti daturus eſt
non autẽ habenti nil tribuet? Apageſis iſtud,
quiſquis ex ipſo es. Iuſtus enim eſt Deus
ac dominus,imo ut uerius loquar, Iuſticia ip
ſa & ſapientia & bonitas & potentia uera,ac
ꝑ ſe conſiſtens, quo circa pro ſua iuſtitia,pau
peri,ac rerum omnium inopia laboranti,co
pias ampliſsimas rependet: pro ſua ſapientia
id aget, ut ea quæ ipſi deſunt, permutatione
ſuppleantur;pro ſua potentia, id quod robu
ſtum eſt franget,&quod infirmum eſt corro
borabit; pro ſua bonitate,id quod manibus
ſuis effinxit conſeruabit, niſi is perſpicuè de-
Peccato in trutina. ploratæ improbitatis fuerit,rectamq. fidem
cõtempſerit, in eaq. cauſa ſit,ut ſiniſtra ipſius
lanx deorſum præ grauitate maiorẽ in mo-
dum, propendeat&c.



IBIDEM

NARRANT uiri quidã diuinitus illuſtra 75
ti,hominum actiones in extremo uitæ ſpiri-
tu non ſecus atq. in trutina perpendi,ac ſiqui
dem dextra lanx ſupra alteram efferatur, nõ
eſſe dubitãdũ, quin quisquis ille ſit inter dex
tros angelos animam exhalet. Si autem pa-
ria utriuſq; lancis momenta ſint:Dei clemen
tia proculdubio uictoriam obtinebit,quin ut
à ſanctiſsimis uiris proditum eſt, etiam ſi tru
tina nonnihil ad læuam uergat, tũ tamẽ Dei
quoq. *miſericordia ſupplet id quod deſideratur*.
Quarta ſententia ſeueritatis locum habet,cũ
improbæ &flagitioſæ actiones nimium præ
ponderant.

IDEM

HOC tecum reputa quiſquis es,qui de iis 76
quæ à nobis dicta ſunt ancipitis animi es ,
quod quisquis ille ſit mortaliũ ,qui exiguũ
quidem uirtutis fermentum collegit, cæterũ
non hoc conſecutus eſt , ut panem ex eo
conficeret, uerum iſtud quidem in animo ha
buit,ſed uel ob ſocordiam,&incuriam,uel ob
animi imbecillitatem aut de die in diem dila
tionem ,id nequiuerit,morteq. præuentus,ac

præter ſpem diſſectus fuerit, hunc æquus ille Iudex, ac Dominus haudquaquam obliuiſcetur, uerùm ipſi *poſtquam è uita diſceſſerit, propinquos ac neceſſarios excitabit, eorumq. mentes reget, & corda trahet, & animos ad opem & auxilium illi ferendum inflectet.*

EX GRAECORVM
*Euchologio Cap: 96. de Mortuis.*

77 SACERDOS orat. Vt uoluntate tua Teclã primam Martyrem exaudiſti, pro matre ſua Idolorum cultrice orãtem, nec ipſius preces contempſiſti, uerum ut ſummè bonus ac reconciliatu facilis *ueniã ipſi conceſſiſti*, ac rurſum quemadmodum Traianum per intentã ſerui tui Gregorii Dialogi interceſſionem flagro ſoluiſti: *exaudi etiam nos te orantes non* pro Idolorum cultrice, ſed pro fideli ſeruo tuo, qui te propter imbecillitatem ad iracundiam prouocauit.

EX TRACTATV
*Nyconis de peſſima Armeniorum religione.*

78 QVIN etiam pro mortuis ouium & boũ ſacrificia peragunt. nec defunctum aliter ſanãdũ exiſtimant, niſi Tertiis, & Nouis, & Qua



drageſimis eius diebus eiuſmodi ſacrificia ꝑ acta fuerint.

D. CHRYSOSTOMVS
*Homil: 3. in Cap. Prim. Epiſt. ad Philip.*

79 DEPLORATO eos qui in diuitiis mortui ſunt, & nihil conſolationis ſuis *ipſorum animabus ex diuitiis ſuis procurarunt*: eos qui cũ poteſtatem abluẽdorum peccatorum habuiſſent, noluerunt: hos defleamus, & priuatim, & communiter omnes.

IBIDEM

80 DEFLEAMVS iſtos iuuemus eos pro uiribus procuremus illis *aliquid auxilii*, modici quidem attamẽ iuumeus eos, quomodo quaue ratione precantes, adhortemur & alios ut pro illis orent, pauperibusq. indeſinẽter pro illis Eleemoſynas demus, *habet res iſta nonnibil conſolationis.*

IBIDEM

81 NON fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt ut in celebratione uenerãdorum myſteriorum, *memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt*. nouerãt illis multum hinc emolumenti, multum utilitatis accedere; ſtante ſiquidem uniuerſo populo, manus in cœlos tendente, cætu item ſa

cerdotali, uerendoq. poſito Sacrificio, quo modo Deũ nõ placaremus pro iſtis orantes?

THEOPHYLACT.
*Lucæ 12. ca.*

82 NON ſemper qui moriuntur peccatores mittuntur in Gehennam, *ſed ſunt in poteſtate Dei, ut etiam dimitti poſſint.* Hoc autẽ dico propter oblationes, & diſtributiones, quæ fiunt pro defunctis, *quæ non parum conducunt etiam iis qui in grauib. peccatis mortui ſunt.*

OECVMENIVS,
*Comm. Epiſt. ad Corinth.*

83 IPSE aũt ſaluus erit) Quis? qui aurũ, argẽtũ, ac lapides p̃cioſos ſtruxerit. Cũ. n. de eo dixiſſet, q̃d mercedẽ accipiet, nũc qualẽ dicit, nẽpe ſalutẽ. ſaluus quidẽ & ipſe cũ dolore erit, & par eſt, qui p̃ *Ignẽ* trãſierit, atq. eas quæ illi adhæſerint ſordes *expurgarit.*

Hactenus ex Græcis.



# IGNIS PVRGATORIVS EX LATINIS PATRIB. ORTHODOXIS ASSERTVS.

## D. HILARIVS
*Li.6. de Trin. Ca. 39.*

PROPHETIS ET APOSTOLIS QVAE teneo edoctus ſum, his immedicabiliter imbutus ſum, & ignoſce Omnipotens Deus, qui in his nec emẽdari poſſum, & commori poſſum: Tardè mihi hos impiiſſimos, quantum ego arbitror Doctores, ætas nunc huius ſeculi protulit, ſero hos habuit fides mea quam tu erudiſti magiſtros. inauditis ego omnibus his, in te ita credidi, per te ita renatus ſum, & ex inde tuus ita ſum.



# PVRGATORIVS
## POST HANC VITAM
ex Latinis patribus Orthodoxis, aſſertus
à
*B. Valuerdio, & Gandia Villenate,*
*S. Theol. Doctore.*

## D. HILARIVS
*Comment. Pſal. 59. ad illud: Moab olla ſpei meæ.*

EST OLLA SECVNDVM HIERE- 84
miã, urens peccata atq. tollẽs.
ſicuti & Dominus ipſe mittere
ignem uenit ſuper terram, et
multi ſecundum Apoſtolum
tanquam per ignem erunt ſalui, *cum defeca-*
*tis, & peruſtis uitiis*, ut argentum ignitum pro
babiles iudicentur. Hinc ergo Moab ſpei ſuæ
olla eſt, cui etiam ex Moab cruda utiq. atq.
uitioſa, iam cœleſtis illa ad cibum uitæ ſancti
ficatio carnis, eſt in ſpe &c,

TERTVLLIANVS

*de Corona militis.*

85 OBLATIONES *pro defunctis annua die facimus.* harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules Scripturarũ: nullã inuenies. Traditio tibi prætẽdetur autrix, cõſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix.

*Traditio*

IDEM

*Lib. de Exhortatione ad Caſtitat.*

86 VBI Eccleſiaſtici ordinis, maior non eſt conſeſſus, tingendi & offerendi ius, ſacerdos habet, *uirq; oblationes annuas pro ſpiritu uxoris reddere debet.*

*Oblat. pro defunct.*

IDEM

*Lib: de Monagamia.*

87 ERGO perſeueret uidua in pace cum marito neceſſe eſt, quẽ iam repudiare non poterit, ne ſic quidem nuptura ſi repudiare potuiſſet; & *pro anima eius oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei,* & in prima Reſurrectione cõſortium, & offerat annuis dieb. dormitionis eius. Nam hæc niſi fecerit, uere repudiauit, quantum in ipſa eſt.



D. CYPRIANVS

*Epiſt. ad Moſem & Maxi. presby.*

QVANDO in ſacrificiis precẽ cũ pluribus facimus, coronis & laudibus ueſtris plenam *Domini fauentiam poſtulamus.* 88

IDEM

*Epiſt. lib: 4. Epi. 2 ad Antonian. fratrem*

ALIVD eſt ad ueniã ſtare; aliud ad gloriã 89
peruenire; aliud miſſum in carcerem, *non exire inde donec ſoluat nouiſſimum quadrantẽ;* aliud ſtatim fidei, & uirtutis accipere mercedem; aliud *pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari, & purgari diu igne;* aliud peccata omnia paſſione purgaſſe; aliud deniq. pendere in die Iudicii ad ſentẽtiam Domini; aliud ſtatim à Domino coronari & c.

IDEM

*Lib. 1. Epiſt. 9.*

EPISCOPI anteceſſores noſtri ſalubriter 90
prouidentes, cenſuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam uel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet nõ offerretur pro eo, nec Sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari

ſacerdotes & miniſtros ſuos leuitas auocare uoluit.

IBIDEM

91 CVM Victor cōtra formā nuper in concilio à ſacerdotib. datam, Geminium Fauſtinū præsbyterum auſus ſit actorem conſtituere: non eſt quod pro dormitione eius apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in eccleſia frequentetur.

D. AVGVSTINVS
*Lib. de Hæreſib. Hæreſi.* 53.

92 AERIVS cum Epiſcopus non potuit ordinari, & in Arianorum hæreſim lapſus, propria quoq. dogmata addidiſſet nonnulla, dicens, *orare, uel offerre oblationem pro mortuis non oportere*, nec ſtatuta ſolenniter cælebranda eſſe ieiunia, ſed cum quiſq. ieiunandum uoluerit, ne uideatur eſſe ſub lege &c.

*Idem nunc dicunt ſectarii, quod nos, in Reſpons. ad Venceſ. Verzouiz equitē Boh. confutauimus.*

IDEM
*Lib. de Cura pro Mortuis Cap.* 18.

39 QVÆ cū ita ſint nō exiſtimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus peruenire, niſi quod *pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue*



*Eleemoſynarum ſacrificiis ſolenniter ſupplicamus.* quamuis non pro quibus fiunt, omnibus proſint, ſed iis tantum quibus dum uiuunt, comparatur ut proſint, ſed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus coram prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire.

IDEM
*Enchiridio, Cap:* 110.

NEQVE negandum eſt *defunctorum animas pietate ſuorum uiuentium releuari*, cum pro illis, ſacrificiis Mediatoris offertur, uel Eleemoſynæ in Eccleſia fiunt, ſed eis hæc proſūt, qui cum uiuerent, ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent meruerunt, eſt enim quidam uiuēdi modus, nec tam bonus ut nō requirat iſta poſt mortem. 94

IBIDEM

CVM ergo ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarūcunq. Eleemoſynarū pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non ualde malis, *propitiationes ſunt*, pro ualdè malis, etſi nulla ſūt 95

adiumenta mortuorum, qualeſcunq. uiuorũ conſolationes ſunt.

IDEM
*Cap: 4.*

96 POST hanc uitã incredibile nõ eſt, nonnullos fideles *per Ignẽ quendã Purgatorium quanto* magis, minusuè bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius, citiusq. ſaluari & c.

IDEM
*Lib: 2. de Gen. cont. Manich. C.* 20

97 SED ſi quis forte agrum nõ coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſſerit, habet in hac uita maledictionem terræ ſuæ in omnibus operibus *& poſt hanc uitam habebit uel Ignẽ Purgationis*, uel pœnam æternam, ita nemo euadit hanc ſententiam, ſed agendum eſt, ut ſaltem in hac uita tantum ſentiatur.

IDEM
*Lib: 9. Confesſion. Cap:* 12.

98 *Auguſt: loquitur de ſanctisſima matre Monica mortua.* COHIBITO ergo à fletu illo puero, Pſalteriũ aperuit Euodius, & cantare cœpit Pſalmum, cui reſpondebamus omnis domus: Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine.

Idem



IDEM
*Cap:* 13.

QVIA uero non exquiris delictum, Domine uehementer fiducialiter *ſperamus aliquẽ locum, apud te inuenire indulgentiæ*. 99

IDEM
*Cap: 16.*

PVRGATORIAS *pœnas* nullas autem futuras opinetur, niſi ante illud ultimum tremẽdumq. Iudicium. 100 *Purg. uſq. ad diem Iudicii.*

IDEM
*Lib. 21 de Ciuitate Dei Cap. 3.*

SED conuicimus eos, in quarto decimo libro huius operis, habere animas ſecundum ipſos, ab omni etiam corporis labe purgatas diram cupiditatem, qua rurſus incipiunt in corpora uelle reuerti. 101

IDEM
*Cap:*13

SED *tẽporarias pœnas*, alii in hac uita tantũ alii poſt mortem, alii & nunc, & tunc, uerum tamen ante Iudicium illud ſeuerisſimum, nouisſimuuq. patiuntur & c. 102

H

IDEM
*Sermo: 32.*

103 POMPA funeris, agmina exequiarum, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumentorum opulenta cõſtructio, uiuorum ſunt qualiacunq. ſolatia, non adiutoria mortuorum *Orationibus uero ſanctæ Eccleſiæ, & Sacrificio ſalutari, & Eleemosynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari*, ut cum eis miſericordius agatur à Domino quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum uniuerſa eccleſia obſeruat, ut pro eis, qui in corporis, & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſũ Sacrificium loco ſuo commemorãtur, oretur, ac pro illis quoq. id offerri commemoretur.

*Traditio Eccleſiæ*

*Sacrif. pro defunctis.*

IDEM
*Sermon: 16. de uerbis Apoſtoli.*

104 IDEOQ. habet Eccleſiaſtica diſciplina, quæ fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi non pro ipſis oratur, *pro cæteris autem commemoratis defunctis oratur.*

*Eadem Tract. 94. ſuper Io.*

IDEM



*Homil: 16*

Hi qui temporalibus pœnis digna geſſerũt, de quibus Apoſtolus dicit: Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: *per Fluuium Igneum*, de quo Propheticus ſermo cõmemorat: Et fluuius igneus currebat ante eum, *per fluuium igneum, & uada feruentibus globis horrenda tranſibunt, quanta fuerit peccati materia tanta, & pertranſeundi mora, quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex homine uendicabit, quædam flammæ rationabilis diſciplina*, & quantum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tãtum ſapiens pœna deſæuiet: &c. 105

*Flamma diſciplina.*

IDEM
*Epiſt. 54. ad Aurelium Epiſ.*

QVONIAM iſtæ in cæmiteriis ebrietates, & luxurioſa conuiuia, non ſolùm honores martyrum à carnali, & imperita plebe credi ſolent, ſed etiam ſolatia mortuorum: mihi uidetur facilius, illis diſſuaderi poſſe iſtã fœditatem, ac turpitudinem, ſi & de Scripturis prohibeatur, *& oblationes pro ſpiritibus dormientium, quas uerè aliquid adiuuare credendum eſt, ſuper ipſas memorias* non ſint ſumptuoſæ, at 106

que omnibus petentibus ſine typho & cum
Vide. alacritate præbeantur, neq. uendantur. Sed ſi
quis, pro religione aliquid pecuniæ offerre
uoluerit, in præſenti pauperibus eroget. Ita
nec deſerere uidebuntur memorias ſuorum,
quod poteſt gignere non leuem cordis dolo
rem, & celebrabitur in Eccleſia, quod piè &
honeſtè celebratur.

IDEM

*Pſal. 37.*

107 NON ſim inter illos Domine, quibus di-
ctur us es: Ite in ignem æternum, qui paratus
eſt diabolo & angelis eius. neq. in ira tua e-
mendes me, ut in hac uita purges me, & talẽ
me reddas, cui iam *Emendatorio igne non ſit o-
pus propter illos, qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per
ignem.*

S. PAVLINVS

*Epiſc. Epiſt. ad Amandum Epiſc.*

108 IMPENSE rogamus ut quaſi frater (quod
nobis in Domino eſſe dignaris) unanimos fra
tres iuuans, & hanc meritis fidei tuæ merce-
dem adcumules, & pro fratre defuncti infir
mitate noſtræ compatiaris, & orandi labo-
re conſpires, ut miſericors & miſerator Deus,
qui facit omnia in cœlo & in terra & in ma-



ri & abyſſis, *refrigeret animam eius ſtillicidiis mi
ſericordiæ ſuæ* per orationes ueſtras.

IDEM

*Epiſt. 9. ad Seuerum.*

SAPIENTIA ædificauit tibi Domum. 109
hæc eſt domus illa non manufacta in qua ſi
habitemus iis operibus quibus ciues ſancto-
rũ fieri mereamur: non ardebit opus noſtrũ,
*& ignis ille ſapiens tranſeuntes nos per examen ſu
um non ſeuero ardore ambiet puniendos*, ſed ut
commendatos ſuſcipiens blando lambet at-
tactu, ut poſſimus dicere: Tranſiuimus per i-
gnem & aquam, & induxiſti nos in refrige-
rium.

D. HIERONYMVS

*Comment: Prouerb. Cap: 11.*

NOTANDVM eſt, quòd etſi impiis poſt 110
mortem, ſpes ueniæ non eſt, *ſunt tamen qui de
leuioribus peccatis, cum quibus obligati, defuncti* *Remittuntur peccata poſt mortem.*
*ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui, uel pœnis uideli-
cet, caſtigati*, uel ſuorum precibus, uel Eleemo
ſynis, Miſſarumq. celebrationibus.

IDEM

*Lib: 1. aduerſus Pelagianos Cap: 9.*

ILLVD uerò, quod in ſequenti ponis ca 111

pitulo,in die Iudicii,iniquis, & peccatoribus
non parcendum,ſed æternis eos ignibus exu
rendos ferre quis poteſt, & interdicere te mi
ſericordiam Dei,& ante diem iudicii de ſen-
tentia Iudicis iudicare: ut ſi uoluerit iniquis
& peccatoribus parcere,te præſcribente non
poſſit? dicis enim, ſcriptum eſt in 103. Pſal.
Deficiant peccatores a terra,& iniqui, ita ut
non ſint. Et in Eſaia: Comburentur iniqui &
peccatores ſimul; & qui relinquunt Deum,
conſumabuntur. Et non intelligis commina-
tionem Dei interdum ſonare clementiam?
Non enim dicit,eos æternis ignibus exuren-
dos,ſed a terra deficere, & iniquos eſſe ceſſa-
re. Aliud enim eſt,ipſos a peccato & iniquita
te deſiſtere;& aliud,ipſos perire in perpetuũ,
& æternis ignibus concremari. Deinde Eſa-
ias,de quo ponis teſtimonium: Comburẽtur
(inquit) peccatores,& iniqui ſimul: *non addi-
dit, in æternum &c.*

*Dei cõminat. clementiam ſonat.*

*Locus Pſalmor. explicatus.*

IDEM

*Lib. 1. Comment. In Mathæ: Cap: 11, in illud: Ipſe uos baptizabit in Spiritu Sancto & igne, &c.*

112 Siue quia ignis eſt Spiritus S. ut Acta
Apoſtolorum docent; quo deſcendente ſe-



dit quaſi ignis ſuper ſingulos credentium &
impletus eſt ſermo domini dicentis: Ignem
ueni mittere ſuper terram, & quàm uolo ut
ardeat; Siue quia in præſenti, ſpiritu baptiza-
mur; *& in futuro igne*, Apoſtolo quoq. huic
ſenſui congruente: Vniuſcuiusq. opus quale
ſit ignis probabit.

*Ita etiam Orig.*

IDEM

*Commentar. Amos Cap: 7.*

DECEM tribus ad hæreticorum perſo- 113
nam retulimus,quæ appellabantur Iſrael, &
duas quibus Iudas præerat,ad Eccleſiam, &
Eccleſiæ peccatores: qui confitentur rectam
quidem fidem, *ſed propter uitiorum ſordes pur-
gantibus ſe indigent flammis*: Idcirco nunc Do
minus ad ignẽ iudicium uocare ſe monſtrat:
ut uniuſcuiuſq. opus quale ſit ignis probet,
& impleatur illud quod ſcriptum eſt: Ambu-
late in lumine ignis ueſtri, & in flamma quã
ſuccendiſtis: Vnde & ad Babylonem dicitur,
Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos, *hi
erunt tibi in adiutorium*, Et in Pſalmo. Lingua
doloſa & plena mendaciis, *igne carbonum di
citur eſſe purganda*: Quid detur tibi, aut quid
apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagit-

*Flam. Purg.*

*Ignis adiuuans.*

tæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.

IBIDEM

114 De his altaris carbonibus, deſolator carbo duorum teſtamentorum forcipe prenditur: & Eſaiæ labia purgat immunda, ut poſſit uerbum domini prophetare. Vocatus autē ignis ad iudicium, deuorat primum Abyſſū, id eſt omnia genera peccatorum, ligna, fenū, ſtipulam, & poſtea *comedit ſimul partem*, hoc eſt ad ſanctos illius peruenit, qui in peculium domini & in eius parte reputantur: tempus enim eſt ut incipiat iudicium à domo domini. Et in Ezechiele præcipitur his qui pœnas illaturi ſunt. A ſanctis meis incipite. Et in Apoſtolo legimus: Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignem. Cumq. omnes fuerimus in peccato, & iacuerimus ad ſententiæ ueritatem, miſerebitur dominus noſtri, & quia paruuli ſumus, reſurrectionis nos tempore ſuſcitabit, ſiue ſuſcitabit per uirtutes qui in uitiis iacebamus; hoc domino promittente, atq. dicente: Sed & iſtud non erit. Pulchre autem dixit, *Sed &c*, quia iam ſupra dixerat: hoc

*Abyſſus quid.*

*Omnes purgandi.*



hoc non erit. *Non enim in finem iraſcetur, neq. in æternum comminabitur*. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neq. ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. Quãtum diſtat ortus ab occidente lõge fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, *miſertus eſt dominus timentibus ſe &c.*

IDEM

*Comment: lib: 4. In Eſaiam Cap.* 10.

Pro eo quod nos uertimus: Mittet dominus in pinguibus eius tenuitatē: Lxx. trãſtulerunt, Mittet Dominus in honorem tuū ignominiam. Et pro eo quod nos diximus: Et ſanctus eius in flamma; illi uerterunt, Et ſanctificabit eum in igne, per quod quidem intelligi uolunt, pœnas atq. tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, *ut diuino Igne purgentur &c.* 115

IDEM

*Comment: 18. lib: in Eſaiam Cap: 18.*

Qvæ aſſeuerant, poſt cruciatus atq. tormenta, futura refrigeria; quæ nunc abſcondēda ſunt ab his quibus timor utilis eſt; ut dum 116

ſupplicia reformidãt peccare deſiſtãt. quod nos Dei ſolius debemus ſcientiæ derelinquere, cuius non ſolum miſericordiæ, ſed & *tormenta in pondere ſunt, & nouit, quem, quomodo, aut quamdiu debeat iudicare.* ſolumq; dicamus, quod humanæ conuenit fragilitati: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Sic ſicut Diaboli & omnium negatorum atq; impiorũ, qui dixerunt in corde ſuo: Non eſt Deus, credimus æterna tormenta: *ſic peccatorum atq; impiorum & tamen Chriſtianorum, quorum opera in Igne probãda ſunt atq; purganda, moderatam arbitramur, & miſtã clementiæ ſententiam Iudicis.*

*Huc inclinãt Hebrei, qui xii. menſium tormenta animab. præſcribunt.*

IDEM

*Commen: in Ezechi. Li: 1. Ca: 11. Et uidi quaſi ſpeciem electri &c.*

117 A LVMBIS uero & deorſum ignis erat reſplendens in circuitu: ut oſtenderet ea quæ ſupra lumbos ſunt, ubi ſenſus uerſatur & ratio, non indigere *igne nec flammis*, ſed prætioſiſſimo metallo & puriſſimo comparari. Ea uero quæ à lumbis deorſum, ubi coitus, ubi generatio, ubi incentiua uitiorum ſunt, *purga*



*tione indigere, flammarum: ut cum purgata fuerint, habeant ſicut arcus ſimilitudinem*, quæ uulgo Iris dicitur, cum fuerit in nube in die pluuiæ. Iris enim, quæ in Sancta Scriptura uocatur Arcus, & in Apocalypſi Ioannis eodem nomine Iris dicitur: niſi in pluuia & in aquoſa nube non poteſt apparere diuerſorum colorum, & pulcherrimorum, & ſenſim in alios tranſeuntium. Vnde & Poeta: Mille rapit uarios aduerſa luce colores. Sed & morem uulgi ſequens idem Poeta: Cum bibit, inquit, arcus. Ex quo ſignificat nunquam arcum apparere, niſi in nube & in aquis. Hic arcus ſignũ eſt clementiæ, & teſtamenti Dei, quod fecit cum hominibus, ut quando apparuerit in nube ſciamus nos ſecundum antiquitatis exemplum, nequaquam perituros eſſe diluuio: Ex quo oſtenditur, *poſt pœnas atq. ſupplicia, & purgationem peccatorum, futuram miſericordiam,* duntaxat in his qui Deum meruerint uidere regnantem.

*Iris*

*Ex uerſione LXX, quod nos Fœdus, ſiue pactũ, illi Teſtam. dicunt. Noe*

IDEM

*Comment: Lib: 3. in Oſee: Cap: XIII.*

INTER mortem, & inferos hoc intereſt: 118 Mors eſt, qua anima ſeparatur à corpore, In-

Infernus fernus,locus in quo animæ recluduntur, *ſiue in refrigerio ſiue in pœnis pro qualitate meritorum.*

### IDEM
*Comment: lib: 18. in Eſaiam Cap: ult.*

119 IGNIS quoq. poſtea iuxta id accipiendus,quod & Vermis: *qui tam diu ſuccenditur, quam diu habet materiam, qua uorax flamma paſcatur.* Si quis igitur habeat in conſcientia ſua zizania, quæ inimicus homo dormiente patrefamilias ſuperſeminauit,*hæc Ignis exuret, hæc uorabit incendium.* Et omnium ſanctorum oculis eorum ſupplicia monſtrabuntur: qui pro auro & argento,& lapide pretioſo, ædificauerunt ſuper fundamentum Domini, fænum, ligna, ſtipulam, ignis pabulum ſempiterni,&c.

### IDEM
*Lib: 1. Comment: in Danielem, Cap: 7.*

120 QVODQ. capilli eius lanæ mundiſſimæ comparantur,purum oſtenditur, ſincerumq. iudicium, & nullam perſonam in iudicando reſpiciens.Senex quoq. deſcribitur,ut maturitas comprobetur ſententiæ: Thronus eius



flammæ ignis: ut peccatores tormentorum magnitudinem pertimeſcãt, *& iuſti ſaluentur, ſic tamen quaſi per ignem.* Rotæ eius ignis accẽſus;ſiue Currus eius: Et in Ezechiele: Quadrigæ ſedens inducitur Deus. Omnia Dei flammea ſunt; de quo & alibi dicitur: Deus ignis conſumens eſt: *ut lignum, fœnum, ſtipulam, arſura in die Iudicii nouerimus.* Et in Pſalmis legimus: *Ignis ante eum præcedet,* & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius, & c.

### D. AMBROSIVS
*Commentar. 1. Corinth. 4.*

121 SALVVM illum futurum dixit Apoſtolus,quia non interibit ſubſtantia qua conſtat, ſicut & doctrina mala peribit, quia accidens cauſa eſt, Ideo autem dixit ſic tamen quaſi p̄ ignem *ut ſalus hæc non ſit ſine pœna, quia non dixit ſaluus erit per ignem, ut merito ſuo ab igni non combuſtus ſaluus fiat examinatus per ignem,* ſed cũ dicit: ſic tamen quaſi per ignem, oſtẽdit ſaluum illum quidem futurum, *ſed pœnas igni paſſurum,ut per ignem Purgatus* fiat ſaluus &non ſicut perfidi æterno igne in perpetuũ torqueatur, ut ex aliqua parte operæ preciũ ſit credidiſſe in Chriſtum.

IDEM

*Orat. funeb. de morte fratris Satyri*

122 FLEVERVNT ſenes, fleuerunt iuuenes, fleuerunt & pauperes,& quod multò eſt precioſius,lacrymis ſuis eius delicta lauerunt. illæ ſunt lacrymæ redẽtrices, illi gemitus qui dolorem mortis abſcondunt. ſed prius ultimum coram populo Vale dico,pacem prædico, oſculum ſoluo. Tibi nunc omnipotens Deus innoxiam commẽdo animam. Tibi hoſtiam meam offero. Cape propitius,&ſerenus fraternum munus,ſacrificium Sacerdotis.

*Offert Amb. pro fratre defunct.*

IDEM

*Orat. funeb. de obitu Valentiniani.*

123 DATE manibus Sancta myſteria, pio requiẽ ei poſcamus affectu. date Sacramẽta cæleſtia,animam piam noſtris oblationib. proſequamur. Extollite populi mecum manus in Sancta,ut eo ſaltem munere,uicem eius meritis rependamus. Non ego florib. tumulum eius aſpergã, ſed ſpiritũ eius Chriſti odore perfundam. ſpargant alii plenis lilia calathis, nobis lilium eſt Chriſtus.

IDEM



NVLLA dies uos ſilentio præteribit. Nulla inhonoratos uos mea trãſibit oratio. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione tranſcurret. Omnibus uos oblationib. frequẽtabo. Si oblitus fuero te ſancta Hieruſalem,hoc eſt,ſancta anima, pia& pacifica germanitas, obliuiſcatur me dextea mea, adhæreat lingua mea faucib. meis ſi non meminero tui. 124

*Orat. pro defunctis.*

IDEM

*Lib. de fide Reſurrect.*

NVNC quoniam die ſeptimo ad ſepulcrũ redimus,qui dies ſymbolum futuræ quietis eſt, a fratre paululum ad communem humani generis cohortationem iuuat deriuare mentem. 125

*Cõmemorat. ad defunctor. ſepulcbr. die 7.*

IDEM

*Orat. de obitu Theodoſii.*

DILEXI uirũ qui cum iam corpore ſolueretur, magis de ſtatu Eccleſiarum, quam de ſuis periculis angebatur. Dilexi, & præſumo de Domino, quod ſuſcipiat uoces orationis meæ,qua proſequar animã piam. Da requiẽ perfectam ſeruo tuo Theodoſio, requiem illam, quam præparaſti ſanctis tuis. 126

D. GREGORIVS
*Papa, Comment. 1. Regum 4.*

127 QVI perfectionem bonæ uoluntatis habuerunt in confesſione peccati, *poſt mortem Purgatoria pœna purgati ad uitam tranſeunt*, ſi ad delenda peccata ſufficientem uim amoris nequaquã hab uerunt, unde& Paulus ait, Sic ſalui fient quaſi p ignem. ſed peccator qui ibi ſaluari per ignẽ meruit, hic per afflictionem carnis adimpleat, hoc quod ſibi de ui amoris deeſſe cognoſcit.

IDEM
*illud explicans: Domine ne in furore tuo arguas me & c.*

128 QVASI dicat, Scio futurum eſſe, ut poſt huius uitæ exitum, *alii flammis expientur Purgatoriis*, alii ſententiam æternæ ſubeant damnationis, ſed quia *illum tranſitorium ignem*, omni tribulatione æſtimo præſenti intollerabiliorẽ, non ſolum in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiã in ira *tranſeuntis timeo correptionis purgari.*

*Tranſitor. ignis.*

IDEM
*Lib: 4. Dialog. Cap: 39.*

129 DE *quibuſdã leuibus culpis eſſe ante Iudicium Purga*=



*Purgatorius ignis credendus eſt*, pro eo quod Veritas dicit, ſi quis peccauerit in Spiritum Sanctum, non remitti neq. in hoc ſæculo neq. in futuro. Rurſus: Si quis ſuperædificauerit lignum, fœnum, ſtipulam cuiusq. opus quale ſit ignis probabit. & c.

ALCVINVS
*Lib. 3. de Trinit.*

DE igne diei iudicii Apoſtolus ait: Vnius cuiusq. opus quale ſit ignis declarabit. de *Igne purgatorio* eum dixiſſe non eſt dubitãdum quem aliter ſancti, aliter impii ſenſuri ſunt. 130

HAYMO
*Comm. 1. Epiſt. ad Corint.*

SICVT aurũ & argentum & lapides precioſi igne probantur, & tamen nõ conſumuntur: ita in die Iudicii qui habuerint bona opera, & bonã prædicationem, *licet per ignem tranſeant*, tamen nullam pœnam, neq. læſuram ſuſtinebunt. Qui uero leuia peccata attrahunt, purgãtur ab illis qui tribulationib. incedũtur in hoc ſeculo, uel poſt mortẽ in *Igne Purgatorio.* 131

K

S. ISIDORVS
*Lib. 1. de Offic. Eccleſ. Ca. 18.*

132 CVM Dominus dicat: Qui peccauerit in Spiritum S. non remittetur ei, neq. in hoc ſeculo, neq. in futuro: demonſtrat quibuſdam illic dimittenda peccata, & *quodam Purgatorio Igne purganda.*

BEDA
*Homil. in illud. Ioannes teſtimonium perhibuit ueritati.*

133 NONNVLLI propter bona quidē opera ad electorū ſortē præordinati, ſed propter mala aliqua quib. polluti de corpore exierunt, poſt mortem ſeuerè caſtigandi, excipiūtur *flammis Ignis Purgatorii.*

IDEM
*Comment. Prouer. ca. 11. Mortuo homine impio nulla erit ſpes.*

134 ET ſi impiis poſt mortem ſpes ueniæ non eſt, ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, quib. obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui, *uel pœnis* uidelicet *caſtigati*, uel ſuorū precib. Eleemoſynis, Miſſarū celebrationib. abſoluti.

*Preces pro defunct.*



RVPERTVS
*Abbas Geneſ. ca. 32.*

CHERVBIM nomen eſt Angelicarum fortitudinum, hæc ante paradiſum poſita, ad cuſtodiēdum Ligni uitæ aditum, cū legimus miramur, cum tamen publica fide teneamus & cōfiteamur, quod *per Ignem tranſituri, & non niſi per Angelorum miniſterium examinati* Paradiſum intraturi ſumus. 135

IBIDEM

QVID enim ex huiusmodi dictis colligimus, niſi ad hoc flammeum gladium, atq. uerſatilē ante paradiſum eſſe collocatum, ut quicunq. deinceps admittēdi ſunt: illuc tranſeant per *Examinatorium Ignem.* 136

*Flam. gladius ſymbolū ign. Purgat.*

D. BERNARDVS
*Serm. 66. in Cantica.*

NON credūt hæretici *Ignem Purgatorium* reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam a corpore uel ad requiem tranſire, uel ad damnationē. quærant ergo ab eo qui dixit, quoddā peccatū eſſe, quod neque in hoc ſeculo, neq. in futuro remittetur, cur hoc di- 137

xerit, ſi nulla manet in futuro remiſsio purgatione peccati ?

D. COESARIVS

*Epiſcop: Arelat: Hom: in 1. Corinth: 3. Si cuius opus arſerit.*

138 ILLO *tranſitorio igne, de* quo dixit Apoſtolus, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, non capitalia, ſed minuta peccata *purgantur* & c.

IBIDEM

139 SI Deo, qui bona noſtra auferri, uelut pius pater, permittit, tanquã boni filii gratias agimus, & minus nos pati quam meremur, cum uera humilitate perferimus ; ita peccata ipſa in hoc ſeculo purgantur, *ut in futuro Ignis ille Purgatorius, aut non inueniat, aut parum inueniat, quod exurat.*

IBIDEM

140 SI nec in tribulationibus Deo gratias agimus, nec bonis operibus ipſa peccata redemimus, *tandiu in illo Purgatorio Igne moras habebimus, quandiu ſupradicta minuta peccata tanquã ligna, & fœnum, & ſtipula conſumentur & c.*



IBIDEM

ILLE *ipſe Purgatorius Ignis durior erit, quàm quidquid poteſt pœnarum in hoc ſeculo aut uideri, aut cogitari, aut ſentiri,* & cum de die Iudicii ſcriptum ſit, quod erit die uno : unde ſcit unuſquiſq., utrum diebus aut menſibus: aut fortè etiã & annis per illum ignem ſit tranſiturus. 141

*Hebrei annũ conſtituunt. Soto in. 4. annos 10. quod ipſi uiderit.*

EX LIB. I.

*Prognoſticon S. Patris Iuliani Archiep: Toleta: Cap: 19.*

CVM quiſq. apud memorias martyrũ ſepelitur, hoc tantùm prodeſt defuncto, ut cõmendans eum *is qui ſuperſtes eſt, Martyrum patrocinio,* affectus, pro eo ſupplicationis augeatur, cùm ergò recolit animus, ibi ſepultum ſit chariſsimi corpus, & occurrit animo, locus nomine Martyris uenerabilis, eidẽ Martyri animam dilectam commẽdat, recordantis & precantis affectus, qui tamen affectus, cum *defunctis à fidelibus chariſsimis exhibetur, eis prodeſſe non dubium eſt,* qui dùm in corpore uiuerent, talia poſt hanc uitam ſibi prodeſſe meruerunt. 142

*Intercesſio Sanctorum.*

IBIDEM

*Cap: 20.*

143 PLERI Q. fideliũ,cùm fidei precedentis affectu, aut ſua aut ſuorum corpora apud memorias Martyrum præcipiunt tumulari,non puto infructuoſum eſſe, quod quæritur aut inane, quod fideliter de diuino auxilio ſperatur *tantum ſi non ſint huiuſmodi qui in Eccleſiis ſepeliuntur, inſolubiles culpæ, quæ eos non ſinant, etiam oblatis Deo Sacrificiis adiuuari poſt mortẽ.*

*Vim Sufragior. culparũ grauitas impedit.*

IBIDEM

144 S. AVGVSTINVS inquirẽti de hoc Paulino Epiſcopo ſic reſpondit. Cum fidelis mater, fidelis filii corpus deſiderauit in Baſilicã Martyris poni, ſiquidem credidit, *eius animã meritis Martyrum adiuuari:* hoc quod ita credidit ſupplicatio fuit, & hæc profuit, ſi quid profuit, & quod ad idem ſepulcrum recurrit animo, & filiorum precibus, magis magiſq. commẽdat, *adiuuat defuncti ſpiritum* non mortui corporis locus, ſed ex loci memoria uiuus affectus matris.

*Martyrum merita proſunt defunctis.*

IBIDEM

145 MERITVM p quod illis iſta proſunt,ſi nul



lum comparatum eſt in hac uita,fruſtra quæritur poſt hanc uitam: *ut enim hoc quod impenditur, poſſit eis prodeſſe poſt corpus:* in ea uita eſt acquiſitum, quam quiſq. geſſit in corpore.

EIVSDEM
*ex Cap: 21.*

ET ſi nuſquã in Scripturis ueteribus omnino legeretur oblatũ pro mortuis Sacrificium,non parua eſt uniuerſæ Eccleſiæ,quæ in hac conſuetudine elucet authoritas, ubi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo, ad eius altare fundũtur, locum ſuũ habet etiam commendatio Mortuorum. Cùm enim *Sacrificium Deo pro ſpiritibus defunctorum offertur:* pro ualde bonis gratiarũ actiones ſunt; pro non ualde bonis propitiationes ſunt; pro ualde malis,etiam ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq. tamen ſunt conſolationes uiuentium *quibus tamen proſunt, aut adhoc proſunt,ut plena ſit remiſſio, aut* certè ut tolerabilior ſit ipſa damnatio. 146

*Authoritas Eccleſiæ.*

EIVSDEM
*ex lib: 2. eorundem Prognoſticon Cap: 10.* 147

SPIRITVS illi, qui nec tam perfectæ ſan

ctitatis hinc exeunt, ut in paradyſum ſtatim poſt depoſitionem ſuorum corporum poſſint aduolare, nec tam criminoſè ac damnabiliter uiuunt, aut ita in ſuis criminibus perſeuerant, ut cum diabolo & angelis eius damnari mereantur, *Eccleſia hic pro eis efficaciter ſupplicante, pœnis medicinalibus expiati*, corpora ſua cum beata immortalitate recipient.

## Cap: 19.

148 ILLE *Ignis Purgatorius* (ut ait Auguſt.) qui nunc à quibuſdam contemnitur, & paruus putatur, multo grauior exiſtit, quam quidquid homo poteſt pati in hac uita.

### IBIDEM

149 GREGORIVS quoq. de hoc Purgatorio Igne ſic dicit: Pro quibuſdam leuibus culpis ante iudicium, *Purgatorius Ignis eſſe credendus ē*, pro eo quod Veritas dicit: Quia ſiquis in Spiritum Sanctum blaſphemiam dicit, neq. in hoc ſeculo, neq. in futuro remittetur ei, in qua ſentētia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, *quaſdam uero relaxari in futuro.* quod enim de uno negatur, conſequens intellectus

Recte. erita Greg. 130.



lectus patet, quia de quibuſdam conceditur.

### IBIDEM

CVM Paulus dicit, Chriſtum eſſe fundamentum atq. ſubiungit: Si quis ædificat ſupra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides præcioſos, lignum, fœnum, ſtipulã, unius cuiuſq. opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autē ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem; quamuis de igne tribulationis in hac uita adhiberi to poſſit intelligi: tamen ſi quis hoc *de Igne futuræ purgationis* accipiet, penſandum ſummopere eſt, quia illum dixit *per Ignem quidem poſſe ſaluari*, non qui ſuper hoc fundamentum, æs, fœnum, plumbum ædificat, id eſt peccata maiora, & idcirco duriora, atq. tunc iam inſolubilia, ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt peccata *minuta atq. leuisſima, quæ Ignis facile conſumat.* 150

*Ita pleriq. S. Patres.*

### IBIDEM

SCIENDVM eſt quia illic, ſaltem de minimis, *quiſq. nihil purgationis obtinebit*, niſi bonis hoc artibus in hac adhuc uita poſitus, ut illic obtineat, promereatur. 151

L

*Cap: 20.*

152 BEATO Auguſtino diſtinguente cognoſcimus quod alter ſit ille ignis futurus de quo impiis, Chriſto iudicante dicendum eſt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, *alter iſte qui Purgatorius proprie appellatur* propter eos, qui per eum ſalui fiunt, per illum enim qui futurus eſt impiis, nullus ſaluabitur.

*Purg. Ignis.*

*Cap: 21.*

153 TANTI doctoris confirmati ſententia, fatemur quod *Purgatorius hic Ignis*, ante ultimũ Iudicium fiat, & ignem illum, in quo omnes impii Chriſto iudicante mergendi ſunt, antecedat.

*Aug. Nu. 101.*

*Ex cap. 22.*

154 PVTO quod ſicut nõ omnes reprobi, qui in æternum Ignem damnandi ſunt, una, eadẽq. ſupplicii qualitate ardebunt: ſic omnes qui *per graues Purgatorias pœnas ſalui eſſe creduntur*, non uno eodemq. ſpatio temporis cruciatus ſpirituum ſuſtinebunt, ut quod in reprobis *diſcretione pœnarum, hoc in iſtis, qui per ignem*



*ſaluandi ſunt*, menſura temporis agitetur &c.

EODEM

*Cap.*

TANTO illic minus uel maius *Ignis Purgatorii extendetur ſupplicium*, quanto hic minus uel amplius bona temporalia dilexerunt. 155

D. HVGO

*Eterianus Lib. de Regreſſu animarum ab Inferis: ad ſacrum urbis Piſæ Clerum. Cap: 1.*

PONITE igitur quæſo in cordibus ueſtris, quid prædicta Deo amabilis ſocietas Gregorii, Ioan. Chryſoſtomi, Ambroſii, Gregor: Nyſſeni, Hieronimi, Baſilii, Auguſtini, Ioannis Damaſceni, Hyppoliti martyris, Nili martyris, Anaſtaſii, Cyrilli, & aliorũ quos ſua nomina indicabunt, ut audituri eſtis iam nunc; de humana ſentiat anima, quid de Pœnitentia & Confeſſione, quid de morte, quid de Reſurrectione atq. Iudicio pronunciet. Similiter autem, quam conſtanter aſſerat, quod *ea quæ piè defunctis fiunt fidelibus*, (magis autẽ ſalutaris hoſtiæ immolatio) *efficaciſſimam eiſ=* 156

*Eucharistiæ Sacrif. defunct. ſalutare.*

dem medelam præſtant, per uigili mente anima duertite. & c.

IDEM

*Cap: XIII.*

157 Vos in quibus ſpes mea, qui ſuperſtites eſtis, & in Chriſto fratres mei, nunc longe à me uitam ducitis, & propterea arbitramini, nullam uos poſſe mihi, & his qui ſimili immanitate hic diſtrahuntur opem ferre. Sed miſereamini, precor mei, & ſociorum, poteſtis ſcio *iuuamini eſſe nobis miſeris ĩ hoc carcere duriſſimo*. Non eſt enim adbreuiata manus Domini, aut miſericordia ut liberare nequeat: Ecce Pſalmiſta Dauid dicit: Confitemini Domino quoniam bonus; quonian in ſeculum miſericordia eius.

IBIDEM

158 Antequam ego à uobis recederē, antequam corpus exirem, antequàm tortuoſis colubris adiudicarer, pignus ſanctæ Eccleſiæ ſuſcepi. Et ſi uſq. in diem exitus, uſq. in horã mortis noxios actus, ſordidantem libidinẽ, & nefaria complexus ſum facinora: cor tamẽ in nouiſſima hora contriui, & humiliaui, munus Redemptionis noſtræ, ſcilicet corpus Sal



natoris, pleno fidei manducaui ſacramento. Si dũ loqui dabatur, tacuiſſem, iure me nunc, omneſq. mihi ſimiles Tartarus ſuffocaret. At uero Chriſtũ ego confeſſus ſum, (& omnes qui ueniam mecum precantur) ſcelera mea detexi, lachrymas fudi, *quare cum his qui mecum ſunt ſaluari debeo.*

*Quantum interſit in gremio Eccleſiæ mori.*

EODEM

*Cap.*

Esto mihi ideo ex Inferno tardior exitus 159
quia ſceleratiſſimus ſum latronum, neq. ſimiliter cũ Chriſto crucifixus: attamẽ quia crimina mea confeſſus ſum, & execraui actus temulentos, *remedio medelæ perennitas cruciatus debet recidi.* Miſeremini mei & ſociorum ò uiri Chriſtiani, ueſtro adiutorio nunc opus eſt, ut pro nobis *Paſchalem Victimam offeratis*, Agnum uidelicet ſalutarem, qui tollit peccata mundi, *ſic ſic ueré de barathro Inferni educere poteſtis.*

*Confeſſio.*

EODEM

*Capite.*

Exorate Deum pro nobis, coram ipſo effundite orationes, & egentibus eleemoſy 160

nas porrigite;his diuitiis,his petitionibus his largitionibus *uorago Inferni captiuos reddit, abſoluit*,&abire in uitam permittit.

EODEM

*Cap:*

161 SED ſcio pleroſq. uanis opinionibus deformari,putantes non eſſe orandum pro mortuis, eo quod neq. Chriſtus neq. Apoſtoli eius ſuceſſores hæc ſcriptis intimauerint. Neſciunt quidem illi plura eſſe,ac perſummè neceſſaria, quæ Sancta Eccleſia frequentat,quorum traditio ex Scripturis non habetur, nihilo tamen minus ad cultum Dei pertinent, & uigorem maximum obtinent:quæ ſi contemnantur eam fidem quæ per Euangelium claruit, uulnerabunt. Sed propter compedium ex pluribus pauca quædam referre uolo.

*Non orandũ pro mortuis, error grauiſ.*

*Vide*

IDEM

*XIIII. Cap.*

162 EARVM Traditionũ quas ſine ſcripto fecit Apoſtolus,*una eſt pro defunctis orare*,huiuſmodi Traditionẽ non ſolum Paulus,ſed omnis chorus Apoſtolorum, à primordio Eccleſiæ conſtituit. Hæc quidem traditio,uſu tẽporis ſemper emanans ex longa conſuetudine, Eccleſiæ Dei radicitus inhæret. Quamobrem,ſicut multa ſacramenta,ſine ſcriptionis intimatione ipſa obſeruat, ſic profidelibus defunctis non habens emolumentum Scripturæ nouæ legis, preces iugiter ad Dominum ſanctè ac piè ab initio fundit & c.

*Traditio Apoſtol.*



IBIDEM

PROPTEREA precor amici ante illam horam leuiora facite onera mea; quia delictũ meum non contexero caligine negationis. Effundite preces coram clemente ac miſericorde domino, *exauditurus eſt certe clamorẽ ueſtrum pro me,atq. aliis,qui ad pœnas nondum mi grauimus ſempiternas*. 164

*Quoniam tacui inueteraũ oſſa Dixi,cõfiteb. adu. me iniuſ. me Do. &c. Locus pœnar ad tempus.*

IBIDEM

QVANDO apud uos in mundo eramus, ut ueſtris iuuaremur obſequiis, utcunq. promeruimus. *Non exurimur in ea flamma in qua diues cruciatur*. Nondum chaos magnum nobis obiicitur, *nondum regreſſus obſtruitur: præſtate auxilia, & offerte pro nobis Hoſtiam Redem-* 165

*Sperant animæ,ſe eſſe liberandas.*

*Quantanis Suffragior.* *tionis. Nam talibus ſuffragiis, pœnæ noſtre mitigã tur, & tabeſcunt, locus quietis aperitur, & uerum lumen faciei diuinæ, quod erat nobis abſconditum, pauliſper illuceſcit.*

IBIDEM

165 VVLT utiq. miſericors Deus, ut noſtrũ qui mortui ſumus onera, uos qui uiuitis portetis: ſi tamen ante, uel etiam dum uocabamur pignus Eccleſiæ ſuſcepimus; ſi ſacramentis ipſis fidem pleno corde præſtitimus, & ſi carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti non ſpecie, ſed fide, non exteriori uiſu, ſed interiori affectu ſpiritualiter manducauimus, Vult plenus miſericordia Deus, *ut in adiutorium noſtrum & proximorum intendatis*. Non eſt enim opus ſanis medico.

*Vult Deus, mortuos á uiuis adiuuari.*

IBIDEM

166 VT quid ꝑ *Incruentam Hoſtiam* occaſionẽ dediſſet faciendi *memoriam pro nobis*, qui uos anticipauimus? Vt quid in Scripturis, & Trigeſſimis, & Anniuerſariis diebus. omniũ obituum Commemorationes, Apoſtolica, & Catholica per fines orbis terræ celebraret Sancta Eccleſia? Si enim impium, ſi abominabile, ſi friuolum, ſi inutile redemptor humani ge-

neris



neris tale obſequium reputaret, quomodo etiam multi hactenus Sancti patres deceſſerint, neque alicui eorũ reuelatum foret, quatenus huiuſmodi errores à Dei Eccleſia amouerentur? ſed neq; inter Sacrorum ſolemnia ſucceſſores Apoſtolorum, in ipſis *Myſteriis pro Dormientibus deprecationes ſemper fieri* cẽſuiſſent in hunc modum, Non habentibus etiam locum refrigerii, lucis, & pacis &c.

*Inuictum argum.*

*Ita Damaſc.*

IBIDEM

NVM ignoratis quid Dialogus Gregorius, cui ſũmi Angeli in ſolẽnitatibus Sacrificiorum famulabãtur, fecerit? Hic aliquando per lapideũ põtem, quem Imperator Traianus extruxerat gradiens, modicum tardato eũdi officio, ex induſtria ardentem orationem ad Dominum pro remiſſione peccatorum Traiani fudit. Et continuò uox ad eũ cœlitus facta eſt, dicens: *Orationem tuam audiui indulgentiam Traiano* donaturus, ſed tu amplius abſtineas pro impiis orare. Nolite quæſo dicere in cordibus ueſtris, falſum hoc aut fictum eſſe. Quærite ſi placet, apud Græcos, Græca certè omnis teſtatur hæc Eccleſia. Et quanquam multorum Martyrum ſanguinẽ 167

*Damaſ. & Græcum Euchelog. & D. Thom. in 4. & Quodlib. Vide ſup. nu. 80.*

M

Sanctorum Oratio quàm efficax.

effuderit Traianus, *oratione tamẽ ſancti uiri coactus eſt illum reddere Tartarus*, alioqui implacabilior &c.

IBIDEM

168. SED Magnus Athanaſius ille, in Sermone quem ſcripſit de Dormientibus, ſic loquitur: *Oratio pro fidelibus defunctis non eſt omittenda*, ubiq. ſi morte præoccupati fuerint, offerenda eſt ſalutaris Hoſtia, offerendum eſt oleum, offerendi ſunt quaſi pro ſepeliendo cerei, Chriſtum dominum, uocando in adiutorium. Sunt, inquit, Deo acceptabilia hæc, & multam ex ipſo ferentia retributionem. Et oleum quidem & cereus, flagrantiam odoris emittunt; *Incruenta uerò Hoſtia propitiationem impetrat; Largitio Eleemoſynarum accumulationem conficit retributionis*.

IBIDEM

169. SVSCIPIT *utiq. Deus Sacrificium altaris, Hoſtiam laudis*: quia ſitit generis humani ſalutem. Nunquid Deus Angelis mercedes laborum ſeu coronas præparauit? Nunquid propter Angelos in terras deſcendit, carnem aſſumpſit, homo factus eſt, paſſionem & mortẽ



debellauit? Nunquid Angelis dicturus eſt: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, quod uobis paratum eſt? Non ſubeſt fides affirmationi, ſed ſicut propter hominem paſſus eſt, ita omnia propter hominem præparauit, cuius mortem peroſus, uitam diligit.

IBIDEM

QVIS aliquando conuiuium magnum parauit, amicos inuitauit, menſas ferculis inſtruxit: & expoſitis epulis conuiuas ueſci prohibuit? ſed ego quidem, & qui mecum ſunt, per negligentiam, per deſidiam, & ſpurcitiam indigni facti ſumus, & à ianua conuiuantium prohibiti. *gerite igitur nobis morem, uicem ſupplete, ac tranſmittite ad nos, quæ omiſimus, quæ debueramus, uos pro nobis erogate, & reconciliate miſeris nobis Redemptorem* quem offendimus &c. 170

Reconciliat. poſt mortem.

IBIDEM

IN cœlo quippe ſummum bonum eſt, & nullum malum, in Inferno autem inferiore adeſt nullum bonum, ſed malum ſummum, apud nos uero malum quidem eſt, uerũ haud ſummo diſcruciamur. Quare *beneficiis ueſtris* 171

Pœnarum diſtinctio.

*poſſumus adiuuari, iis noſtri reatus expiari poterunt*, ut aut tolerabiliorem nunc damnationem patiamur, aut integrã *adiſpicamur remiſſionem*. Accingimini, ad *perſoluenda beneficia pro defunctis uita Chriſtianis*. quæ quidem ſi his quorum ſiniſtra trutina terram contigerit, parum conferant, eorum tamen qui faciunt remedia ſunt, & conſolationes.

IBIDEM

172 VVLTIS audire quantum Paſchalis Victima nobis conferat? Felix Epiſcopus ei, quã dudum defunctam in uaporibus ſibi obſequẽtem inuenerat, *indulgentiam per ſacrificium impetrauit*. B: quoq. Papa Gregorius pro quodam ſuo monacho, qui hoc in igne cruciabatur, per triginta continuos dies, hoſtiam ſalutarem offerri præcepit, & factum eſt, ut trigesſima oblatione completa, *Monachus communionem ſuſciperet*, ſimul, *& euaderet ſupplicium*.

IBIDEM

173 SVSTINETIS accipere quantum Eleemoſynæ pro defunctis exhibitæ, nobis conferant? Apud Alexãdriam Epiſcopus quidam



uitæ admodum uenerabilis, quendam in uicinia ſua philoſophum habuit, Euagrium nomine, qui quidem quanquam gentilis fuiſſet, Epiſcopi tamen amicus erat, quia in philoſophorum gymnaſio extiterat eius diſcipulus. Hunc Epiſcopus ad fidem Chriſtianorũ permouere cupiens, ei ſalutis uerba frequenter prædicabat. Quibus cum nequaquã Philoſophus caperetur, Epiſcopo perhibetur dixiſſe. Domine mi, inter omnia mihi diſplicet, Chriſtianos uos ſomniare, mũdum finiendũ, corporum Reſurrectionem futuram, merce des ſecundum opera reddenda fore, aſſerentes inſuper quod qui miſeretur pauperi, fœneratur Domino, qui in nomine Chriſti pro animabus ueſtrorũ defunctorum Chriſtianis pauperibus ſubuenit centuplum recipiet. Quæ omnia quoniam procul à uero ſunt, ludicris & fabulis annumero. Verum Epiſcopo confirmante multis argumentis, nihil falſitatis eſſe in dogmatibus Chriſtianorum, diſceſſit Philoſophus, & haud multo poſt tempore credidit Epiſcopi prædicatione atq. baptizatus eſt. Tandem aliquando cum rerum ſuarum facturus eſſet rationem, accerſiuit Epiſcopum, & ita ait: Sume auri libras ſexaginta,

pauperibus,pro ut dixiſti diſtribuendas, data
ſyngrapha , quòd à Iudice Chriſto pro una
Centum in illo (de quo tanta ſonas)ſeculo re
cepturus ſim. Quod cum Epiſcopus ſine cũ-
ctatione feciſſet, accepit pecuniam eo modo
quo prædixerat philoſopho,eam pauperibus
erogaturus. Deniq. cum iam moreretur Phi
loſophus,iuſſit filiis ſuis,ut ſibi chyrographũ
Pontificis in manu ſepeliretur. His ita pera-
ctis poſt diem tertium Philoſophus Epiſco-
po in ſomnis apparuit, dicens ad eum. Va
de ad ſepulchrum meum ò Epiſcope, & reci
pe idiographum tuum ,nam debitum omne
recepi, neutiquam iam mihi obligaris, cum
iam dudum de Chriſto centuplum certè ac-
ceperim,quin etiam ut nulla te ambiguitas
circumagat, propria manu ſubſcripſi. Obſtu
puit igitur Epiſcopus, prorſus eorũ quæ ge
ſta fuerant ignarus.Qua de re ſub diluculum
filios accerſiri iuſſit philoſophi, à quibus cũ
didiciſſet,uerum eſſe quod in ſomnis uiderat,
conuocato urbis Clero,perrexit ad monumẽ
tum. Quo aperto philoſophum ſedentem cõ
ſpicati ſunt, manumque protendentem cum
literis, quas unus clericorum Epiſcopi acce
ptaturus, de manu illius euellere nequiuit;



porrigebat enim Epiſcopo. Pontifice igitur
accipiente literas, philoſophus recubuit: Epi
ſcopus in cõſpectu omnium eas perlegit. Te
nor aũt ſcripturæ,quam paulò antè ediderat
ipſe philoſophus,huiuſcemodi erat, Euagrius
Philoſophus,Sanctiſſimo Epiſcopo in Domi-
no gaudere. Noluerim te pater ignorare,
quod pecuniam omnem, quam tibi adhuc
in corpore uiuens dedi, centiplicatam, ſicut
mihi promiſeras,recepi,Quamobrẽ nulla de-
biti ratione mihi aſtringeris.His auditis, ob-
ſtupuerunt omnes qui aſtabant. Aſt cautio,
Epiſcopi haud negligẽti iuſſione repoſita ẽ.
Quare ò amici,manifeſtum eſt,quid Sacratiſſi
mi corporis oblatio,quid Oratio,quid Elee-
moſynæ nobis conferant. *proculdubio peruerſi-
tatis plumbum conuertunt in argẽtum ſynceritatis.*

## *Cap.XVII.*

CERTE qui poteſt diuitiarum copiã ero- 174
gare debet,ut corpus amici honeſtè ſepeliat,
maximè uero, *ut animam eripiat dæmonum fau
cibus.* Sed & pro nobis orantes beneficiis ue-
ſtris conducite, ſuccurrite pauperes nobis.
Atqui &ad illud quod ante omnia maximũ

præſtat remediū obnoxius enitamini, ut *Agnus ſcilicet, qui tollit peccata mundi, in memoriam defunctorum frequentius immoletur.*

*Cap. XX.*

175 QVOD ſi obiit ſingularis peccator, qui Deū offendit uehementius, non ſolūmodo lachrymari fas eſto, quod illi tamen nihil attulerit utilitatis ſed *tribuere ſolatium quod poteſt Eleemoſinarum, oblationum hoc eſt ei adeſſe*; propterea gaudendum, quoniam præciſa eſt malitia illius.

Hactenus ex Latinis.



# אש מצרף הנפשות אחר המות

*ideſt*

IGNIS ANIMARVM PVRGATORIVS poſt hanc uitam ex Doctiſſ. Hæbr. ſententiis aſſertus.

à

*B. Valuerdio, & Gandia Villenate S. Theol. Doctore*

Acceſſit e regione eiuſdem, latina Hæbreorum interpretatio.

### ſ. MATRIS ECCLESIAE STATVTA &Traditiones, non ſoluendas, Tract. Berachoth. Cap. Kiſad mebarechim, & Sanhedrin. Cap. ChelеK.

אמר ר׳ חנינ׳ בר פפא כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאלו גוזל הב״ה וכנסת ישראל שנ׳ גוזל אביו ואמו ואומ׳ אין פשע חבר הוא לאיש משחית ואין אביו אלא הב״ה שנאמ׳ הלא הוא אביך קנך ואין אמו אלא כנסת ישראל שנא׳ שמע בני מוסר אביך ואל תטוש תורת אמך מאי חבר הוא לאיש משחית אמר ר׳ חנינא בר פפא חבר הוא לירבעם בן נבט שהחטיא את ישראל לאביהם שבשמים׃

Ideſt, Dixit Rabi Hanina F. Papa: Quicũque, creatis reb. in hoc mũdo fruitᷓ abſq; gratiarũ actione, ea quaſi furto ſurripit Deo, & Eccleſiæ, iuxta illud Salomonis: Qui rapit aliq̃d à patre, & matre ſua, dicẽs nõ eſſe peccatũ, ſocius eſt uiri perditoris. Pater autem Deus eſt, ut inquit Scriptura: Nonne ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te. Mater uerò Eccleſia, iuxta illud, Audi fili diſciplinã patris tui, & ne repudies legẽ matris tuæ. quis autem poterit ſtatuta matris diſſoluere, aut legem patris? Quid uerò eſt: Socius eſt uiri perditoris? Socius eſt (ait idem R. Hanina) Ieroboham filii Nabat, qui contra cæleſtẽ patrẽ, Iſraelitas ad peccandum induxit.

*Eccleſia Mater.*

*Eadẽ habet D. Epiphan. hære. 75.*



## AD LECTOREM.

### BART. VALV.

*QVOTIES HAEBREOS ſcriptores in manus ſumo, ſumo autẽ ſæpiſſimè Chriſtiane Lector (ſoleo enĩ Theologorum quos Scholaſticos uocãt aſperitatem, hoc quaſi condimẽto temperare) toties intimis animi ſenſibus maxima mihi ſolatia creari, & puram quandam & liquidam uoluptatem, in animum meum influere, atq; illabi ſentio. Video enim maxima noſtræ Religionis firmamenta, quæ à ſummis uiris, Græcis, & Latinis literis conſignata ſunt, eadem illos pleno ore perſonare. Nã ut aliqua eorum quæ pro IGNE PVRGATORIO hìc a me poſita ſunt, exempli cauſa commemorem, quod initiò attuli, ex R. Hanina: Pater Deus eſt, Mater uero Eccleſia, &c. eiſdem uerbis recitat D. Epiphan. Quis poterit (inquit) ſtatutum matris diſſoluere, aut legem patris? uelut Salomon dicit: Audi fili ſermones patris tui, & ne repudies ſtatuta matris tuæ; oſtendens quod & in Scriptis, & ſine ſcripto docuit Pater, hoc eſt Deus, & Spiritus S. Mater autem noſtra Eccleſia, habet ſtatuta in ſe poſita, quæ diſſolui non poſſunt. Rurſus, quod ſcribit Haramah, Coruum ex*

*R. Chanina Tractat. Berachot, & Sãhedrin.*

*Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. hær. 75.*

*Eccleſiæ ſtatuta Salom. inſolubilia uocat.*

R. Iſac. Haramah. Comm. Genes.

Num. 221.

arca emiſſum, ſymbolum eſſe impiorum, columbam uero iuſtorum, quos, ut Noe quondam duo illa ad arcam, ita Deus ad ſe recipiat, perindeq́ animam in corpore, ut columbam in arca, ad exitum huius uitæ concludi: quis doctiſſimi huius Scriptoris interpretationem contemnat? quam non ſolum Rabi Simeon Bon Iochai, annis plus minus (ut quidam numerāt,) ante Chriſtum, ducentis ſed & multis poſtea ſeculis ſummi Græciæ Theologi ſcriptam relinquerunt. Iochai uerba ſunt

R. Simeon ben Iochay, Lib. Zohar, Section. de Coruo, & Columba.

העורב מורה ומרמז על הרשעים אין הוא אכזרי כעורב והיונה
מרמז לאנשים כשרים שהוא לקח אותם אצלו וזהו וישלח ידו
ויקח ויבא אותם אל התיבה כי ידי יהוה פשוטות לקבל שבים
והביא אותם אל התיבה מרמז לגן. ערן

Latine dicam: Coruus ex arca emiſſus, cum nullum ſit rapacius animal, & ferius, impios homines ſignificat, Columba pios & iuſtos, quos ipſe ad ſe recipit. hoc enim eſt quod dicitur: Et miſit manum ſuam, accepit & adduxit ea ad arcam, quoniam manus Domini extenſæ ſunt ad recipiendos redeuntes ad ſe: quod autem, Ad arcam dicit, Paradiſum uoluptatis ſignificat. Hæc eadem in Patrib. Eccleſiaſticis ſcripta reperio. In quatuor elementis (ait Athanaſius) uelut intra parietes in domicilio corporis, inſtar columbæ cuiuſdam, concluſa eſt anima. In mortis ergo puncto recedentibus à ſe inuicem quatuor elementis, di

Arca Noe Symbolum Parad. uolupt.

Athanaſ. quæſt. 10. ad Anthioc. Princip. & Lib. de Diffinition. cap. ult.



quaſiq. coacti a praua concupiſcentia peccauerunt . non eſt iis omnimoda perditio, exitiumq. decretum; *ſed pœna quædam temporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeatq. ad locum ſuũ.* ac de iis quidem dicũt Doctores: Deſcendunt in Gehenam, *ibiq. cruciantur xii. menſes quo tempore finito,* corpus quidem abſumitur, animus uerò adhuc etiam igne torquetur , ſpiritus ſpargitur ſub plantis pedum iuſtorũ, quaſi hoc diceret Magiſtri, Detineri eorum animas in Gehena , quòd ſint praua deſideria ſectati, ut ibi pœnas luant, *debitisq. ſupplicijs expurgentur, & poſt expurgationem,* redeant ad gradum, quendam, manſionemq. aliquanto inferiorem ea , in qua ſunt animæ ſublimiores . quocirca optimum eſt carnẽ corpusq. in hoc mundo affligere macerare, atque in hac uita, quæ uelut umbra tranſit, ita expurgare , ut delitiis æternis, uerisq. illis uoluptatibus perfruatur.

*Adhortatio ad pœnitent.*



אמרו צדיק כי טוב נבתילה
למשה רבינו משה
אלמושנו·

*Dicite iuſto, quoniã bene, &c.*
*Lib. Theſilah Lemoſeh*
*R. Moyſ. Almoſyni.*

אמרו לצדיק כי טוב ומקבל
שכר לפי מעשיו וזהו כי
פרי מעלליו יאכלו אמנם
הרשע הזה להפך כי ת
תיסריהו רעתו כפי רשעתו
שעשה בזה העולם גמול
ידיו שסבב לעצמו ישלם לו
בעולם הבא מדה כנגד
מדה: אם עשה עבירות
הרבה נענש הרבה ואחר
יבוא למנוחתו:

DICITE iuſto , quoniam bene , recipiet enim mercedem iuxta opera ſua. atque hoc eſt quod ait: Fructum operum ſuorum comedent. at qui impiis contrà accidet , nam propria cuiuſq. iniquitas eatenus de eo pœnas ſumet, quatenus in hoc mundo impiẽ uixit. Retributio manuum ſuarum fiet ei.i. id quo ſeipſum condemnauit, opusq. illud qđ ſibi ueluti circumdedit tribuetur ei in altero ſeculo. Par pari. nam ſi multum deliquit , multum etiam punietur. *poſtea tamen ueniet ad requiem ſuam.* 199

*Operum non ſolius fidei.*

*Purgatoriũ.*

בירושלמי חגיגה:

*Ex Doctrinali Ieroſolymitano*
*Tractat. Chaguigah.*

מה שאמרתי בשם הג
הגדולים שהרי תלמידי
חכמים נכנסים בגיהנום זהו
לטוב לו ולטהר את נפשו
מכל לכלוך כמו הבגדים
שמכניסים אותו לתוך
יורה של מים רותחים וח
וחובטים ומכין בהם הרבה

QVOD ex ſummorum uirorum ſententia dixi, *Diſcipulos ſapientum* ire in Gehenam: hoc illis commodò eſt. nẽpe *ut animas ſuas, quaſi ueſtes , quas inferuentis aquæ caldare conicimus , crebriſque , ac continuis ictibus tundimus, & emundamus,* 200

*Purgat. Ign.*

כרי שיהיו אח״ כך לבנים
זכים וטהורים : כן הנפש
תלמיד חכם הפושע אחר
צאתה מן האש ההיא ת
תשאר נקיה מכל סיג ות
וחלאה זכה וטהורה ברה
מאירת עינים בסבת תורתו
שלמד בחיו : מה שאין כן
בנפש הפושע ההמוני ש
שכניסתן בגיהנום אינה לא
לצער נפשו על חטאתו א
אשר חטא : ואחרי צאת
הנפש האיש ההמוני שהיה
פושע בגיהנום בסבת ב
בריתו של אברהם אבינו
תהיה נשארה במחיצה בפני
עצמה במדרגה ומעלה ש
שפלה כמה מעלות מ
מדרגות תלמיד חכם :

*ut mundæ, candidæ, & nitentes, ita eas ab omnibus ſordib. expurgent:* ſic anima ſapientis diſcipuli, qui peccauit, poſt quam *ex eo igne egreſſa ſit ab omni ſorde, & ſcoria munda, & pura* relinquitur, nitentibus certè, ac radiantib. oculis ſplendens, od diuinæ legis documēta quæ in hac uita didicit. quod aliter accidit plebeio & idiotæ, qui ad Gehenam non deſcendit, niſi ut de admiſſis peccatis crucietur, quamquam & hic etiam, *poſtquā ex Gehena egreſſus ſit* ob illius fœderis pactum & meritum quod pepigit Abraham pater noſter, in loco quodam ſolitaria, & ſeparata relinquitur, gradu tamē, & conditione, ab ea in qua ſunt ſapientis diſcipuli multò, inferiore.

*Ex illo Dan. Qui alios erudiunt, ſplendebunt ut ſtellæ firmam.*

*Quandoq. ſimplex idiota, magnis præſtat ſophiſtis Irenæ. lib. 5. cap. 20.*

מסכת בבא מציעה פרק
הזהב :

***Babah Mecibah. Cap. Hazabah.***

201 אמר ר׳ חנינא הכל
יורדין לגיהנום חוץ מ׳ג הכל
סלקא דעתך אלא אימא
הכל היורדין לגיהנום עולי׳
חוץ מ׳ג שיורדין ואינן עולים

DIXIT Rabi Chaninah: Omnes deſcendunt in Gehenam, tribus tantum exceptis. An oēs putas? certè, ſed ita id intelligi uolo: *Omnes qui deſcendunt, rurſus aſcendunt* præter tres, qui deſcendunt & non aſcendunt.





ואלו הן הבא על אשת איש :
והמלבין פני חבירו ברבים
והמביא שם רע לחבירו :

nempe hi; Qui alienas uxores corrumpunt, Qui † expalleſcere faciunt. & probro afficiunt, pximos ſuos, Qui de iiſdem malam famam ſpargunt.

*† i. qui præſētib. multis, ea in faciem obiiciunt, & exprobrant, quib. alii confundātur, & probo affecti pudore expalleſcant.*

בתוספות פרק זהב על
מאמר זה :

*Toſafoth. i. Scholijs, ſiue Gloſſemate eiuſdem cap.*

202 חוץ מ׳ג שיורדין ואין
עולים : אין לפרש דאין
עולים לעולם דהא אמרינן
בסמך הבא על אשת איש
אין לו חלק לעולם הבא :
אלא הכי פירושו כל היורד
עולה מיד ואין אור של ג
גיהנום שולט בהם חוץ מ׳ג
דאין עולים מיד אבל יש
מהם נדונים לעולם : המלבין
פני חבירו ברבים ויש ש
שעולים לאחר י׳ב חודש
דמשפט רשעים ישראל
בגיהנום י׳ב חודש ויש לאחר
י׳ב חודש לא חייו הלא נ
נידונים ושרויין בלא טובה
ובלא רעה : והמינים והפ
והפיקורסים והע׳ז נידונו

PRAETER tres, qui deſcē dunt, & non aſcendunt. Nō ita eſt accipiendum, ut in perpetuum negentur aſcendere; eo quòd mox ſequatur: Qui alienas uxores corrumpunt, non habent partem in ſeculo uenturo; quin potius in hanc ſententiam: Omnis qui deſcendit, *ſubito aſcendit*, ut quib. ignis ille Gehenæ minime dominetur, præter tres, qui ſcilicet non aſcendunt ilico. Sunt enim quidā qui perpetuò cruciantur, ut qui præſentibus multis aliū expalleſcere facit. *Sunt qui poſt xii. menſes aſcēdunt*, quod ſpatium iis maximè, qui de gente Iſraelitica ſunt, decrecretum eſt. Sunt qui xii. iſtis menſibus exactis, nec puniuntur, nec in uita fœlici ſunt, ſed ſic manēt, nec in bonis, nec in malis. Hæretici aūt, Epicurei, Idolatræ in pꝑpetuis cruciatib. exiſtūt, ī generationes, & generatiōes,

*Quis non optarit hāc ſententiam uerā eſſe.*

*Purgatoriū 12. menſium.*

*Eadem Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes ca. 43.*

לדורי דורות כדאיתא בפרק
ראש השנה דגיהנם כלה
והם אינם כלים.

de quibus illud Capite *Ros Haſanah*, ideſt De anni principio ſcriptis proditum legimus: Abſumetur citius Gehena, quàm iſti abſumantur.

בנדרים במאמר ז' דברים
נבראו קודם שנברא העולם
ושנים מהם גן עדן
וגיהנם.

*Nedarim, Orat. Quòd ſeptem res ante mundum extiterint, quarum duæ, Para. uolup. & Gehena.*

203 *Eadem Iuſtin. quæſt. 9. ad Orthodox.*

פי' הרשב"א ז"ל ומפני
שהאדם אינו מוכרח על
מעשין שכן חייבה חכמתו
י"ת ועל נדון על מעשיו אב
הוצרך שתקדים מחשבתו
בריאתו ומחשבת התשובה
שאם יחטא שינתן לו זמן
לשוב: ואחר שאין צדיק
בארץ אשר יעשה טוב ולא
יחטא ואחר מעשין צריך לו
עניינים שישולם בהם לפי
מעשין והם גן עדן וגיהנם:
ושם נידון כפי מעשיו שעש'
בעולם הזה אם מעט ואם
הרבה:

AIT Rabi Salomon F. Aderis; Quoniam homo arbitrii libertate præditus eſt, neq. ex neceſsitate operatur (alioqui enim Dei ſcientiã, & prouidẽtia accuſãda uideretur) eratq. de operib. ſuis iudicandus: idcirco neceſſe fuit, Deũ de creatura ſua cogitationem aliquã prius ſuſcipere, & pœnitentiam eidem quondam per neceſſariam, mente quaſi præcipere, & anticipare, ut ſi peccare illum, aliquando contigiſſet: (nullus enim eſt adeò iuſtus, qui nunquam peccet) daretur ei pœnitentiæ tempus, propter opera ergò, & actiones ſuas, his rebus indigebat, quib. illi pro factis ac meritis merces rependeretur. ſunt autem hæ Hortus uoluptatis, & Gehena. Ibi itaq. pro menſura factorum ſeu *multo, ſeu exiguo tempore puniuntur.*

*Ita etiam Nyſſen. ſup. 44.*



חלק על פסו' לכך הרחיבה
שאול נפשה ופערה פיה
לבלי חוק:

*Tract. CheleK ad illud Iſai. Ideo dilatauit Infernus animam ſu. & aperuit os ſuũ Libeli chok.*

אמר ריש לקיש למי
שמשייר אפילו חוק אחד:
אמר רבי יוחנן לא ניחא ל
למרייהו דאמרת עליה הכי
אלא למי שלא עשה אפילו
חוק אחד ופירושו הפירושים
למי שמשיי' אפילו חוק אחד
מלשמרו נידון בגיהנם עד
שנכפר לו על החוק ההוא:

AIT ResLaKis: Dilat. Infer. ani. ſuã *Libeli choK* .i. Ei, qui, uel unum etiam præceptum prætermiſerit. Ait Rabi Iochanan. Non placet id ipſi Domino, ut ita de eo ſentias, & tam ſeuerum iudices. Imo ita accipiendum putamus. Dilatat Infernus os, *Libeli ChoK*. i. ei qui ne unũ præceptum impleuerit. Interpretes uerò cæteri: Qui uel unum præceptũ ſoluerit, hic ſcilicet, cruciatur in Gehena, *donec de eo uno expietur.* 204

† *Libeli chok ad uer. Ob nõ præceptum, uel, Cui non præcep. Lati. Edit. Absq. ullo termin.*

*Qui ſoluerit unum de mãdatis his.*

בחיי פרשת זאת הברכה:

*Rabi Bachaye Com. Deuter. 34. Atq. hæc ẽ benedictio &c.*

כיון שקיימו המצות או
עברו עליהו בגוף ובנפש כן
ראויין ליטול השכר או ה
העונש בגוף ובנפש: וזהו
שאמר אלה לחיי עולם ואלה
לחרפות ולדראון עולם וזהו
שאמר אסף צלמם בעיר
תבזה: וכן שנינו בברייתא
שלש כתות ליום הדין אחת
של צדיקים גמורים ואחת

205 QVANDOQVIDEM ad præcepta uel implenda, uel uiolanda, corpore, & animo abuſi ſunt: in utroque etiam mercedem, pœnamve recipere ſunt digni, atq. hoc eſt qđ ait Scriptura: Hi ad uitam æternam, illi autem ad opprobrium, & contemptũ ſempiternum. Rurſus: Verumtamen imaginem eorum in ciuitate contemnes. Atq. ita Magiſtri in Deuteroſi docuerũt: Tres hoĩum cætus iudicio ſiſtent. Vn⁹ pfectè iuſtorũ,

*Dan. 7.*

*Deuteroſis.*

של רשעים גמורים ואחרת
של בינונים: צדיקים גמורים
נכתבים ונחתמים לאלתר
לחיי עולם הבא רשעים
גמורים נכתבים ונחתמים
לאלתר לגיהנום ש״נ ורבים
מישני אדמת עפר יקיצו אלא
לחיי עולם ואלה לחרפות וג׳
הא למדת שיחיו אף הר
הרשעים והתחיה ההיא
לרעתם: כי יהיו נדונים בגוף
ובנפש בגיהנום שהוא קבוע
בארץ עם מדורים שבו ואמ׳
שם בינוני מצפצפים ועולי׳:
אבל מי שעונותיו מרובים
מזכיותיו ובכלל עון פושעי
ישראל יורדין לגיהנום זב
ונידונים שם י״ב חודש ל
לאחר י״ב חודש גופן כלה
ונשמת נשרפ׳ ורוח מפוזרתן
תחת כפות רגלי הצדיקים
ומה שאמר גופן כלה מו
מוכיח שהם יורדין שם
לגיהנום בגוף ובנפש:

alter omnino impiorum, tertius eorum, qui medii ſunt. Perfectè iuſti protinus ſcribuntur, & obſignantur ad uitam futuri ſeculi. ſecundi ad Gehenam, quemadmodum Daniel ait: Multi ex dormientibus in terræ puluere euigilabunt, hi ad uitam æternã, illi ad opprob. ſempit. En diſce, uicturos eſſe impios, at uiuificatio illa, illis cedet in malum, damnabuntur enim corpore, & animo in Gehena, qui locus eſt in terra cum ſeptem ſuis mãſionibus. Ibique (addit) qui medium inter impios, & iuſtos locum tenent, *clamant, & aſcendunt.* At quorum ſcelera plura, quàm merita exiſtunt, omninoq. hi, qui ſcelerati Iſraelitæ dicuntur, eò deſcendunt, *& xii. menſes puniuntur.* poſtea eorum corpore abſumpto, animus igne torquetur, ſpiritus ſpargitur ſub plantis iuſtorum, ubi quod ait: Corpus abſumi, oſtẽdit eos, corpore & animo in Gehenam deſcendere.

*Eſſe aliquos manes, & ſub terranea regna, Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras, &c. Iuuen. Sat. 2.*

*Ignis*

מזמור מט׳ קבונקי:

*Eodẽ † KabVenaKi, in pſal. 49.*

כצאן לשאול שתו מות
ירעם וירדו בם ישרים לבקר

VT ouis ad † occiſionẽ poſiti ſũt, mors depaſcet eos, & dñabunt eis recti i matutino,

*† KabuenaKi Cabus, ſed purus. is titulus libri à*

206



צורם לבלות שאול מזבולו
ולו: אך אלהים יפדה נפשי
מיד שאול כי יקחני סלה:
מות ר״ל מלאך המות צורם
לבלות שאול צורתם של
רשעים תבלה את השאול
ר״ל גיהנום כלה והם אינם
כלים ואמר המשורר אך
אלהים יפדה נפשי מיד ש
שאול ר״ל שלא אבא כש
בשאול: ואף אם אבא ב
בסיבת איזה חטא שחטאתי
הוא ברחמיו יפדה אותי ל
לאחר זמן כי יקחני אצלו
סלה:

& figura eorum ad abſumendum Infernum ex domicilio eius, ſed Dominus redimet ani. me. de manu Inferi, qm̃ aſſumet me Selah.) Mors, ideſt, Angelus mortis. Figura eorum ad abſum. Inf.) .i. impiorum effigies ipſum Infernum abſumet, quaſi dicat, Gehena citius peribit, quàm ipſi perire poſſint. Ait autẽ Pſaltes: Verumtamen Deus redimet animã meã de manu Inf. quaſi dicat, Redimet, & ſeruabit me, ne eò deſcẽdam. atque adeo, ſi ob admiſſum peccatum eò uenero: ipſe pro ſua miſericordia, *poſt aliquod tempus liberabis me*, quoniam [quando] me ad ſe recipiet, Selah.

*breuitate, & elegantia. Cabus. n. exigua menſura eſt. † Loci ãguſtiæ augent cruciatum, & ſolẽt oues in laniena, ex trepidatione, & anguſtiis aliæ alias premere, & retrudere.*

*Pœna temporaria Purg.*

תהלים קי״ו קבונקי:

*Idem KabuenaKi. pſal. 116.*

שויתי ה׳ לפני תמיד כי
מימיני בל אמוט לכן שמח
לבי ויגל כבודי אף בשרי
ישכן לבטח כי לא תעזוב
נפשי לשאול לא תתן חס
חסידך לראות שחת: ישמח
לבי הוא השכל׳ ויגל כבודי
הנשמה: אף בשרי ישכון
לבטח בקבר שהרימה אינה

POSVI Dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniã ad dexteram meam, non cõmouebor, ideo lętabitur cor meum, & exultabit gloria mea, ẽt caro mea requieſcet in ſpe. non relinques animam meam in Seol, [Inferno,] nec dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ) Lætab. cor me. i. Mẽs, ſiue intellect⁹. Exult. glo. me. Aĩus, & portio ſuperior. Etiã caro me. req. in ſpe, quoniam Vermis non

207

*Purgatio tẽporaria.*

שליטת בצדיק ושאול והוא
הגיהנם לא תעזוב פירושו
לנצח לא תעזוב אותו ·
והחסידים לא תתן לראות
אפילו שחת ומכל שכן
שלא יבואו בגיהנם :

dominabitur iuſto, eſtque Seol Gehena. Non derelinques : ſcilicet *in perpetuum* non derelinques eũ. neque permittes pios, ut uel ſolam etiã corruptionem uideant, quanto magis ut ad Gehenam uenturi ſint.

תהלים צ״ד ק״ב ונקי :

*Idem. Pſalmo 94.*

208 אשרי הגבר אשר תיסרנו
י״ה ומתורתך תלמדנו ו
ולהשקיט לו מימי רע עד
יכרה לרשע שחת כי עד
צדק ישוב משפט ואחריו כל
ישרי לב : אשרי הגבר ר״ל
אשריהם הצדיקים המעונים
תחת ידיכם וכלכך שיהיו
עוסקים בתורה ובמצות
להשקיט כי היסורין גורמים
להשקיט להם מימי דין ג
גיהנם כי עד צדק ישוב מ
משפט ר״ל כי היסורין שלה׳
עד שיצדיקו בדרכם : ואחר
המשפט שלהם שנידונים
על העבירות שעשו כל י
ישרי לב יתקבצו יחד כי יטלו
שכרם:

*Silere à malo, propter iuſtitiam.*

BEATVS Vir, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eũ, ut ſilere facias eum a diebus mali, donec fodiatur impio fouea, quoniam ad iuſtitiam redibit iudiciũ, & poſt eum omnes recti corde. Be. uir, ideſt, Beati iuſti qui ab impiis affliguntur, ſi tamen Diuinæ legi, & eius præceptis operam dent. Vt Siler. fa. e. a. d. m.) nam eiuſmodi pœnæ, & animaduerſiones cauſa ſunt, *quò multum temporis de cruciatu Gehenæ remittatur.* Quoniam ad iuſ. re. iu.) ideſt, Quoniam afflictiones, & ærumnæ in quibus ſunt, eum fructum illis afferunt, ut in uiis & actionibus ſuis iuſtificentur. *Exactis uerò, ac finitis tormentis*, quæ pro admiſſis ſceleribus perpeſſi ſunt, *omnes recti corde, ſimul congregabuntur, ut ferant præmium ſuum.*



בשם טוב במדרשה ה׳ של
תשובה :

*Ex lib. Sem Tob [ Fama bona ] Tract. 5. de Pœnitentia.*

כי כל מעשה האלהים
יביא במשפט וכו׳ יש אנשי׳
שנדונים לדורי דורות כפי
רשעם והם המינים וה
והאפיקורסים והמחטים
את הרבים והעושה עבירות
ביד רמה : שהוא המגלה
פנים בתורה שלא כהלכה:
וכו׳ אלו כלם יורדין לבאר
שחת ונדונים כפי רשעתם:
ומהם אנשים שנדונים כפי
רשעתם ואח״כ הם נכרתים
כבהמה והם הנאמר עליהם
נשמתם נשרפת ורוח מ
מפוזרת תחת כפות רגלי׳
הצדיקים : ויש אנשים שנ
שנידונים עד סוף שנה אחת
ואח״כ עולים למעלה ויושבי׳
בקרב הצדיקים ועליהם א
אמרה חנה מוריד שאל
ויעל וגו׳ ואוי לנפשו אשר
הוא עובר את שארו יותר
מנפשו והנה יש להשמר ל
לבעל תשובה כי יש מקום
דין ומשפט בעבור שישוב
אל ה׳ בכל לבבו :

QVONIAM oẽ opus ad ducet Deus in iudiciũ &c.] 209
ſunt qui ꝓ ſuis quiſq. iniqtatib. iudicant & puniunt per multas gñatiões, cuiuſmodi ſunt hæretici, & Epicurei, qq. ſuo exẽplo multos ad peccãdum inducunt, & omni pudore depoſito, palam peccare non uerentur. Vt qui impudenter contra ueritatem, & conſcientiam Legi cõtradicit. Hi omnes deſcendunt in puteum corruptionis, & pro mẽſura ſcelerum ibi pleɛtuntur. Sunt etiam qui poſt quam, pro meritis, pœnas luerint, ut iumenta exſcindũtur, ac pereũt, de quib. illud dicitur : Animæ eorum igne uruntur, ſpiritus uerò ſpargitur ſub plantis pedum iuſtorum. Sunt qui *ad finem uſq. integri anni puniuntur, poſtea aliquanto ſuperius aſcendunt, & habitant inter iuſtos.* ac de his quidẽ ait Anna. Deducit ad inferos, & reducit. Væ aũt illi qui pl⁹ corpori, quã aĩæ indulget. Eſt ergo ei, qui potis eſt facere pœnitentiã, ponderandũ, locũ eſſe pœnæ & ſuppliciis deſtinatũ, ut ita redeat ad Dñm toto corde.

*Prou. ii.*

*Gnome.*

† *Alligatio Iſac ſic inſcripſit egregia illa in Geneſ. Comment. R. Iſac Haramah.*

210

בעקידת יצחק בפרשת חיי
שרה:

† *HaKidath Iſac, ad illud Gen. & uixit Sara*

תניא בסוף מסכת שבת
תניא כל י"ב חודש הגוף
קיים והנשמה עולה ויורדת
לאחר י"ב חודש הגוף בטל
והנשמה עולה ואינה יורדת
ואולם באלה המדרגות יש
כפתות ויותר כי אשר ת
תתקשר נפשו בגופו יותר
והיא קשה ההפרד ואם
לחסרון זכוכה המחייב ש"ה
לשוב למעונה ולזה יחויב
שתעלה ותרד זמן מה כ
כתכפיות וזמן שתעלה
ותרד לפרקים עד שלבסוף
זכוכה תעלה ולא תוסף
להדת עוד וכל הענין הגדול
הזה יראה שהוא נרמז
ונחתם בשלוח העורב : וה
והיונה מהתיבה לסוף ימי
היותם שם מדת ימים כימי

*Craſſeſcunt, & carneæ quodammodo efficiũtur animæ peccatorum.* Num. 50. 54. 56. 92.

TRACTATV de Sabato, ad calcem ſcriptum legimus, his uerbis: Totis Duodecim mẽſib. corpus perſiſtit ac permanet, anima uerò aſcendit & deſcendit. poſt xii. menſes, corpus quidẽ abſumitur & perit, anima uerò aſcẽdit, nec amplius deſcendit. ſed in eiuſmodi ſtatib. licet magis, ac minus reperire. eſt aliquis, cuius anima magis adhæreſcit, & alligata eſt corpori, quàm alterius. hæc ægrè à corpore ſoluitur. nam ea puritate, qua ornatam eẽ oportuit, deſtituta, moram trahat neceſſe eſt, ac minus facilè, & expeditè ad ſuũ domiciliũ, & habitaculũ redeat. ideo aſcendere, & deſcendere cogitur, p certa temporũ interualla, continua & uelocisſima quadam agitatione exercita, quoad quidem, *ultimò tandem pura aſcendit*, *nec amplius addit, ut deſcendat*. quod certè myſterium, innui, & obſignari uĩ, iis quæ de corui, & columbæ ex arca emiſſione, legimus. † Nã ii dies, quibus incluſi tenebantur antequam emiſſi ſunt, proportione quadã illis reſpondẽt, quib.

† *Expectauitq. nihilominꝰ 7. alios dies, & emiſit columbã Gen. 8. Dauid uero: Dies annorum noſtrorum in ipſis 70 anni, Pſal. 89. itaque ad Septenarium (quãquã hìc annorum ſit, illic uerò dierum) qui utrobique celebratur, uidetur. reſpexiſſe.*



היות נשמת האדם בתוך
המצודה כי הנה העורב ה
הטמא הוא סימן לרשעים
וזהו שהיה יצא ושוב ואמנם
הצפור הטהורה היונה הוא
נרמז לאנשים צדיקים וזהו
אלהי נשמ' טהורה שנתת בי

quib. anima hominis, eſt in medio huius corporeæ arcis. nam, & coruus immũdũ aĩal impios hoĩes ſignificat. hic enim eſt qui egrediebatur, & reuertebatur. At colũba, auis eſt munda, ideoq. iuſtorum hominum ſymbolum exiſtit. atque hoc eſt quod dicimus in noſtris precationib. Deus animam mundam quam dediſti mihi, fac talem tibi reſtituam &c.

בעקד' יצחק בפרשת אמור
אל הכהנים:

*Ibidem, ad illa uerba Leuit. 21. dic ad ſeniores &c.*

שלשה כיתות ליום הדין
אחד צדיקים גמורים והשני
רשעים גמורים והשלישי של
בינונים והנה הצדיקים ג
גמורים הם אשר ישמחו
ליום הדין כמו שאמר ה
הכתוב שמחה לצדיק עשות
משפטו המשורר אמר וצ
וצדיקים ישמחו ויעלצו לפני
אלהים: ואין אלהים בכל
מקום אלא דיין אמנם ה
הרשעים הם בהפך כמו
שנאמר ומחתה לפועלי און
ונאמר כהמס דונג מפני
אש יאבדו רשעים מפני
אלהים: ועל הבינונים נאמר
גילו ברעדה:

TRES ſunt ordines eorũ qui ad iudicium ueniunt. Omnino iuſti. Omnino impii. & Medii. Primi, de die illo lætantur, iuxta illud: Gaudium iuſto facere iudicium. additq. pſaltes: Et iuſti lætabuntur & exultabunt coram *Elohim*. Omnino autem nomen Elohim, Iudicem ubiq. ſignificat. Impii contrario modo ſe habent, iuxta illud: Anguſtia operãtibus iniquitatem. Rurſus: Vt liqueſit cera, à facie ignis, peribunt impii à facie Iudicis. De Mediis dicitur: Et exultate cũ tremore. 281

*Elohim*

T

*R. RaKanati Geneſis 37. Et habitauit Iacob.*

רקנטי פרשת וישב

211

על פסוק והרוח תשוב אל האלהי׳ אשר נתנה תננה לו כמו שנתנה לך משל ׳ל למלך שחלק בגדי מלכות לעבדיו פקחים שבהם קפלו׳ והניחום בקופסא טפשים שבהם הניחו׳ בקופס׳ כשהם מלוכלכי׳ לימי׳ ביקש המלך את כליו הפקחים החזירם כשהן מגוהצים הטפשים החזירם כשהן מלוכלכים שמח המלך לקרא׳ הפקחים וכעס לקרא׳ הטיפשים על הפקיחים אמר ינתנו כלי לאוצר ועל הטיפישים אמר ינתנו כלי לכביסה ויחבשו׳ בבית האסורים וזהו סוד היתה נפש ארוני צרורה בצרור החיים את ה׳ אלהיך ואת נפש אויבך יקלענה בתוך כף הקלע ויחבשו בבית האסורים עד זמן צאתם:

*Simile frequẽs Diuinis litt. animor. affectiones, indumenta, & ueſtes appellare. Vide Nu. 192.*

SPIRITVS redit ad Deũ qui dedit illum) Redde ei [Deo] ſpiritum tuum talem, qualem eum tibi dedit. Eſt enim hoc ſimile regi, qui precioſas ueſtes domeſticis diuidit. Cordati, eas plicant, & in armariis collocant. Stolidi tùm, cum ſordidæ ſunt, & inquinatæ hoc faciunt. Poſt tempus aliquod requirit eas ueſtes rex. hi producunt eas ſplendidas, & nitẽtes hi uerò ſordidas, de illis lætatur rex. his uerò ſuccenſet, de prudentib. dicit: condantur ueſtes meæ in theſauris. de ſtolidis uerò: Dẽtur ueſtes meæ fulloni, ipſi uerò ſint in uinculis, quod myſterium illis uerbis latet: Sit anima Domini mei ligata in faſciculo uiuentium cum Domino Deo ſuo, animam uerò hoſtium tuorum quaſi funda proiiciẽt eã in medio fundæ. itaq; ſunt uinculis illis conſtricti, *uſque ad tempus quo inde exeunt.*



*Idem Leuit. 16. Et loqutus eſt Dom. ad Moy. poſt mortem.*

עוד ברקנטי אחרי מות:

213

כי העיק׳ אצלינו שכר מצו׳ בהא עלמ׳ ליכא רק לאחר פטירת הצדיק יכנס למלכו׳ הנקר׳ גן ומקבל פני השכינ׳ ושם תעמודנה כל הנשמות כל אחד כפי מעשיו עד תחיית המתים ויום הדין: ו ואחרי כן יזכו הזוכים לחיי העולם הבא שהוא הגמול האחרון ודע והאמן כי כמו שנתחלקה הארץ בקבוץ כל ישרא׳ כך קבוץ כל הנשמות אחר יום הדין: כך תתחלק להם נחלת העולם הבא; כל אחד כפי הראוי לו שנא׳ זאת הארץ אשר תפיל׳ לכם בנחלה · וכתיב זאת נחלת עברי ה׳ וידעת פי׳ זאת ודע כי הזוכים לעולם הבא אינן ידעים בפירוש עד יום הדין שבאותו היום יתפרשו כ בשמות שנא׳ ורבים מישיני ארמת עפר יקיצו: אמנם יש

*Hæbreor. opinio.*

*Pulcherrimè hæc eadẽ Iuſtinus, Dialogo cõtra Tryphonem.*

CERTISSIMO conſtat apud nos, præmia præceptorum in hac uita non eſſe, ſed poſt ſolutionem corporis, iuſtus adit regnum, quod uocatur Hortus uoluptatis, & Diuinitatis conſpectu fruitur, ubi ſunt omnes animæ quæq; pro ratione factorum, & meritorum, uſque ad Reſurrectionem mortuorum, & diem Iudicii. Poſt hæc autẽ, hi qui digni exiſtunt, donantur uita futuri ſeculi, quæ ultima eſt, ac ſuprema merces. Scito, & crede, quod quemadmodum collectis ſimul Iſraelitis, terra quondam illis diuiſa, & poſſeſſa eſt: ſic etiam animarum congregatio eſt poſt diem iudicii futura, hæreditasq. futuri ſeculi, cuiq; pro æquo, & iuſto eſt diſtribuenda, iuxta illud: Hæc eſt terra, quæ cecidit uobis in hæreditatem. Rurſus: Hæc eſt hæreditas ſeruorum Domini. Scito, & intellige hanc interpretationem. Tùm illud noris, eos qui digni ſunt uita æterna, uſque ad diem iudicii, palàm & aperte non cognoſci, tùm enim ſuis nominibus innoteſcent, iuxta illud: Multi de dormientibus in terræ puluere, &c. At quidam ſunt

צדיקים גמורים שמכריזים
עליהם קודם יום הדין פלוני
מזומן לחיי עולם הבא; כגון
ר׳עקיבה וחביריו ועליהם
אמר ר׳שמעון בן יוחי ראיתי
בני עליה והם מועטים;
וכתב הרב הרמבן ורע כי
חיי האדם במצו׳ כפי הכונתו
להם כי העושה המצות
שלא לשמו על מנת לקבל
פרס בעולם יחיה בהם ב
בעולם הזה ימים רבים בע
בעושר ובנכסים ובכבוד;
ועל זה נאמ׳ ובשמאלו עושר
וכבוד; ופירושו למשמאלים
בה עושר וכבוד וכן אשר
מתעסקי׳ במצות עמ׳ לזכות
בהן לעולם הבא שהן הע
העוברין מיראה וזכין ב
בכוונתם להנצל ממשפט
הרשעים ונפשם בטוב תליך;
*Locus Prou. explicatus.* והעוסקים במצות מאהבת
כדין וכראוי כענין הנזכר
בתורה בפרש׳ אם בחקת
וגו׳ יזכו בעולם הזה לחיים
טובים במנהג של עולם;

uſq. adeò iuſti, ut de iis quaſi præcone acclamante, ante diem iudicii audiamus. Hic & ille deſtinatus eſt ad uitã futuri ſeculi, ut R. HaKiba, & ſocii eius, de quibus dixit R. Simhon F. Iochai. Vidi aſcendentes, pauci tamen illi. Quin & R. Moyſes F. Nachman: Scito (inquit) unumquemq. perinde ut, ſe ad diuina præcepta adimplenda comparauit: ita etiam ex illorum obſeruantia uitam, adipiſci. Nam qui non ob ſuam gloriam & honorem ea ſeruat, nimirum ea lege, ut quandiu inhac uita eſt, præmium eorum, conſequatur: uiuet quidem in eis, in hac uita longæuus, opulentus, glorioſus, de quo illud intelligendum eſt: Et in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria, ideſt, His qui in præceptorum obſeruantia ſiniſtri, & præpoſteri ſunt, ac certè claudicant, his (inquã) diuitiæ, & gloria. Rurſus, qui ſeruant præcepta, ea lege, ut uita futuri ſeculi perfruantur, nẽpe ex timore Deũ colentes, digni ſunt, pro ſuo inſtituto, impiorũ ſuppliciis liberari, quorũ aĩa in bonis demorabiť. At q̃ ſolo amore duciť, ut rõ, & æquitas poſtulat, & diuinæ literæ tradũt, quã dr̃: Si ĩ præceptis meis ambulaueritis, &c. digni ſũt præſentis uitæ fœlicitate, quatenus ea quidem hic poteſt



ובחיי העולם הבא זכות
שלימה שם והעוזבים כל
ענייני העולם הזה ואינן מ
משגיחים עליו כאלו אינן
בעלי גוף; אבל הרשעים
עומדים שם עד זמן עבר
לכלוכם ואז יזכו כפי מ
מדרגותם;

contingere, infutura uerò, perfecta & abſoluta beatitate, ut qui mundana omnia reliquerint, & quaſi in corpore non uiuerent, omnium rerum mundi abiecerint cogitationem. At impii ibi manent, *uſque ad tempus quo eorum maculæ abſterſæ ſint*, tunc autem pro eorum ſtatu, & conditione merita conſequuntur.

בספר יורה דיעה בבית יוסף
במצוה אחרונה;

*Ex Scholiis Beth Ioſeph, ad Iore debah, ubi de ultimo legis præcepto.*

יש להתענות ולומר ק
קדוש בכל שנה ביום שמת
אביו ובשנה מעוברת בשנה
הראשונ׳ יתענה ויאמר, ק
קדיש באדר הראשון ובשא
שנים באדר שני ונראה
דטעמו משום דסוף שנה
ראשונה הוי לבסוף יב
חודש; כדאמרינן דמשפט
רשעי ישראל בגיהנום יב
חודש ואחכ׳ עולי׳ ולא א
אמרו שנה הילכך יב׳ חודש
מניין׳

ANNIS ſingulis, *Anniuerſario* die mortis patris, ie iunandum eſt, precesq. illæ: Sanctus Sanct. &c. recitãdæ. quod ſi annus biſſextilis eſt, primo quidem anno, primo menſe Adar, ieiunabitur, & preces recitabũtur, ſequentibus uerò annis, ſecundo Adar (in quem cadit Biſſext°) cuius ratio inde ſumi uidetur, quod finis primi anni, pertingit finem xii. mẽſium, iuxta illud uulgatũ: *xii. menſes durat ſupplicium impiorum Iſraelitarum in Gebena*, poſtea enim aſcendunt; Menſes ſemper, non Annum dicunt. idcirco xii. menſes numeramus.

214 *Scholia hæc uocantur Beth Ioſeph .i. Domus Ioſeph; Liber Ioreh debah .i. Methodus ſciendi, ſiue Scientiæ demonſtrator, R. Iſac Toletani Dies Anniuerſarius.*

ר׳ דוד קמחי תהלים לב׳:

215 כי יומם ולילה תכבד עלי
ידך נהפך לשדי בחרבוני
קיץ סלה ואף על פי שידע
דוד ענשו על העון הגדול
וקבל אותו בעולם הזה א
אעפ״כ היה דואג עליו
שמא לא נגמר מירוק העון
בעולם הזה ואולי יענש בו
בעולם הבא:

*R. Dauid Kimchi Com. Pſal. 32.*

QVONIAM die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, cõuerſus eſt humor meus in prurigines æſtiuas (O.) Quamquam, intelligeret Dauid, ob maximũ peccatum, pænam ſibi infligi, eamq. recepiſſet in hac uita, adhuc tamen, de eo anxius, & ſollicitus erat, eſſet ne peccatũ omnino abſterſum, atq. deletum in hac uita, an ne etiam, *in futuro ſeculo pœnam aliquam purgatoriam, deberet ſuſtinere.*

FINIS.



## HÆBREA LINGVA LOQVITVR.

QVAE retulit Moſes, ſacro de uertice ſcita
Sanctaq. fatidicùm uel monumenta Patrũ,
Omnia cùm fidei noſtræ ſint credita: rarus
Dic age, cur hoſpes limina noſtra terit?
Scilicet, haud illis ſunt Sacra uolumina cordi,
Queis neque Sacrorũ uera magiſtra placet.

# BARTHOL. VALVERDIVS

## LECTORI.

*Iren. præfat. lib. 4. aduer. hæreſ.*

ETſi quæcunq. ſumma cum grauitate, dixerint omnes hæretici, ultimò tādē huc omnia redeunt (ait Irenæ.) ut blaſphement fabricatorem, & contradicāt ſaluti plaſmatis Dei, prauum enim omnīo, ut reſipſa docet, & undiquaq. corruptum animum ad impietatem habent, nec ſemper tuentur eadem ſententiam, ſed uariis, & multiplicib. mutationib. iactātur, è multis tamē Sāctorū Patrū locis, nō obſcure colligimus, eos, non uerbis ſolùm, & ſcriptis cū illis decertaſſe: ſed eorū etiā ſcripta accurato ſtudio peruoluiſſe. Etenim cū Eccleſiæ prīcipes, multis Hereſiarcharū libris, illius pacem turbari, & doctrinam impugnari animaduerterent: ſumma doctrina, & pietate uiros ex ſuo cætu delegerunt, qui iſtiusmodi libellis perlectis, præcipua capita refellerent, errores uerò, & impietates tū ex eorumdem ſcriptis, tùm in primis gladio uerbi Dei extinguerent, & trucidarent, aliis uerò, quibus id mandatum non eſſet, iſtiusmodi librorum lectionem interdicerent, aut Conſtantini magni exemplo, eoſdem flammis abſumerēt. Itaq. Irenæus, libro quodam ſeparatim edito, e Marcionis ſcriptis, Marcionem ſe refutaturum pollicetur, & eū (inquit) qui uelit hæreticos cōuincere, oportet diligēter ſcire, regulas ſiue argumenta ipſorū. neque.n. poſſibile eſt alicui, curare quoſdam male habentes, qui ignorant morbum eorum, qui male ualēt. Qua propter (addit) hi, qui ante nos fuerunt, & quidem multo nobis meliores, non tamen ſatis potuerunt contradicere, his qui ſunt à Valentino, quia ignorabant regulā ipſorum. Hinc frequens illa ſcriptorum Valentini

*Athana. Orat. 4. cont. Arrian.*

*Idem Orat. de ſynod. Arimini celebratis.*

*Iren. ibidem*

*Euſeb. lib. 7. hiſtor. ca. 6.*

apud Clementē mentio &, ad Dionyſium miſſa de cælo uox: Lege omnia quæcunq. in manus tuas uenerint, quia probare quæq. & ſingula diſcernere potes. & Auguſtinus: Liber ipſe Ticonii legatur à ſtudioſis, quia plurimum adiuuat, ad Scripturam intelligendam, & non de illo ſperetur tantum, quantum non habet. Cautè ſanè legendus eſt, non ſolum propter quædam in quib. ut homo errauit, ſed maximè propter illa, quæ ſicut Donatiſta hæreticus loquitur.

*Augu. lib. 3. de Doctrin. Chriſ. ca. 30*

*Lib. de uera relig. ca. 8.*

Item: Vtamur etiam hæreticis, non ut eorum approbemus errores, ſed ut, catholicam diſciplinam, aduerſus eorum inſidias aſſerẽtes, uigilantiores, & cautiores ſimus, etiam ſi eos ad ſalutem reuocare non poſſumus. Itaquè, ne ſingula commemorem, Epiphanium Marcionis; Auguſtinum Fauſti, Maximmi, Creſconii, Gaudentii, Parmeniani, & Petiliani, Cæleſtii deniq. ac Iuliani; Hieronymum Iouiniani, Heluidii, Vigilantii; Baſilium Magnum, Eunomii; Cyrillum Hieroſolymitanum, Manichæorum; Gregorium & Cyrillum alterum Iuliani Apoſtatæ; Primaſium, Ticonii Donatiſtæ; Ambroſium, & Prudẽtium Symmachi impia ſcripta, eadem cauſa uidemus perlegiſſe. Horum ego patrum, ſcripta & monumenta cum uolutaſſem: cæpi etiam eorum qui quoniam non erant ex nobis, noſtra patrumq. memoria à nobis diſceſſerunt opuſcula peruolitare, ut quid de Purgatorio ſentirent, intelligerem. Homines enim qui bonæ fidei ſũt, non credunt hæreticis (ait Auguſt.) ſed quid eis reſpõdeant, diligenter inquirunt. Nec eos deſerit Deus, ut petentes accipiant, & quærẽtes inueniant, & pulſantib. aperiatur. qui autem deſperant ſe poſſe in Catholica diſciplina, inuenire quod quærunt, atteruntur errorib. & ſi perſeueranter inquirunt, ad ipſos fõtes; unde aberrauerant, poſt magnos labores fatigari, atq. ſitientes & penè mortui reuertuntur. quod utinam aliquando tandem Lutherus præſtitiſſet, neque tantam Germani

*Aug. li. 1. de Gen. con. Manich.*



co nomini, ac nationi fortisſimæ, & nobilisſimæ, quod in ipſo fuit, maculam inusſiſſet. Conſtat enim illum, non quia nobiſcum initio de Religione disſideret, inimicitas aduerſus nos ſuſcepiſſe, ſed cum prius inimicus nobis eſſet factus, poſt modum diſſentire de Religione cæpiſſe. quãdiu enim placidioris mẽtis indicia præſetulit, neq. in Aquilone, unde exardeſcit omne malum, ſed in loco paſcuæ, meridieq. cubauit, quid de Igne Purgatorio ſenſerit, & ſcripſerit, ex his illius ſententiis apparebit, quas q legerit: quoniã Tricies plus minus agnoſcit & cõcedit Purgatoriũ, e Martini ſcriptis, Fratrẽ illum, qui tam parũ fraternè nobiſcum egit, Martinum confutabit. Vale

## *LVTHERVS IN RESOLVTIONIB. De Indulgentiis ad Leonem X. Pontif. Max. Concluſione 16. fol. 113. Impreſionis primæ Uuitbergenſis. Ioannis Lufft, Anni 1545.*

*Et D. Tho. et omnis ãtiquitas credidit.*

NIL de igne, & loco Purgatorii loquor, non quòd ea negẽ, ſed quòd alia eſt diſputatio, licet B. Thomas illum ſubterra eſſe putet, Ego uero interim cum B. Auguſtino remaneo, ſcilicet, quòd receptacula animarum abdita ſint, & remota à noſtra cogitatione. Quæ ideo dico, ne Pighardus hæreticus, in me ſibi uideatur obtinuiſſe, Purgatorium non eſſe, quia locum eius ignotum eſſe confiteor, aut ideò Romanam Eccleſiam errare, quia opinionẽ B. Thomæ non explodit.

*Purgator. agnoſcit.*

### *Ibidem*

MIHI certisſimum eſt Purgatorium eſſe, nec multum me mouet, quid blaterent hæretici, quando iam mille & plus centum anni ſunt, quod B. Auguſtinus in ſuarum confesſionum lib: 9. pro matre & patre ſuo orat, & orandum petit: & eadem ſancta mater eius, moriens, (ut ibi ſcribit) memoriam ſui optauerit, ad altare Domini. ſed & à B. Ambroſio id factum narrat. Quod ſi etiam tempore Apoſtolorum non fuiſſet Purgatorium, (ut ſuperbit faſtidioſus Pighardus) nunqnid ideo credendum hæretico, uix quinquaginta annos nuper nato? & fidem tot ſeculorum, falſam fuiſſe contendendum.



*Imò, & tũm, & naſcentis origine mundi erat Purgat.*

*Cur hæc non legnut, & conſiderant Magiſtri huius diſcipuli, & ſucceßores.*

### *Ibidem*

HORROR in animabus, pœna Purgatorii uel maxima. Omnes enim concedunt eaſdem eſſe pœnas Purgatorii, & Inferni, niſi quod differunt æternitate. At Scriptura deſcribit pœnas Inferni eſſe, turbationem, pauorem, horrorem, fugam, ut Pſal: 1. Non ſic impii nõ ſic, ſed tanquam puluis quem proiicit uẽtus. & i Iob, & Eſaia, & multis aliis locis, impii comparantur ſtipulæ, & pulueri, turbine actis atq. diſperſis. In furore ſuo conturbabit eos. Qui me audierit, abſq. terrore requieſcet; & Eccleſia in perſona animarum pſallit, & gemit. Anima mea turbata ẽ ualdè. &: Circumdederunt me dolores mortis, unde & uſi

*Pſal. 2.*
*Prou. 1.*
*Pſal. 6.*
*Pſal. 115.*

Iſa.57.

tatiſſima oratio eſt, *Vt eis requiem optemus*, utique intelligentes, quod ſint inquietæ. Impii quaſi mare feruens; Non eſt pax impiis dicit Dominus, dum uiuentes aliqui pœnas inferni guſtauerunt, ergo multo magis mortuis credẽdum eſt, *eas inferri in Purgatorio*, & Taulerus multa earum exempla adducit &c.

*Ibidem*

Portæ Inf. mentionem faciunt Hebrei, nu. 176.

AVTORITAS Eccleſiæ, quæ canit: Libera eas de ore leonis, *ne abſorbeat eas Tartarus*. Itẽ: A porta Inferi, permultũ facit, quib., uerbis uidetur ſignificare, eſſe animas, ueluti iã in porta, & introitu damnationis, & initio Inferni, nec uana eſſe uerba Eccleſiæ credo.

*Ibidem Conclus: 16.*

INFERNVS, purgatorium, cœlum uidentur differre, ſicut Deſperatio, Prope deſperatio & Securitas differunt, Nam id in cœlo credamus, regnare pacem, gaudium, ſecuritatem, in luce Dei; in Inferno uerò contra, ſeruire deſperationem, dolorem, & horribilẽ fugam in tenebris exterioribus, *Purgatorium uerò ſit medium inter utrumq.* ſic tamen ut pro



prius ſit inferno quam cœlo, (quia non habẽt gaudium, & pacem, imo nihil de cœlo participant, cum ponatur eſſe eadem pœna cum Inferno, ſola duratione differens) ſatis patet, quod & in Purgatorio, ſit deſperatio, fuga, horror, dolor &c.

*Ibidem*

ADDIDI prope deſperationem, quia, tandem ceſſat illa deſperatio alioqui reuera *dum eſt in illo igne*, anima nõ ſentit, niſi deſperationem. Non quòd deſperet, ſed quòd in tanta eſt perturbatione, & confuſſione pauoris, ut non ſentiat ſeſe ſperare.

*Non cõcedo nam cum ſciant ſe liberandos (ideo enim ſuffragia petunt, ut ex Greg. Dial. 4. patet) nõ eſt deſperatio, cum eã pœnam uoluntariè ſuſtineant, ſciũt enim à Deo inflictam, & iuſtè quidem latã, neq. ſe aliter poſſe ſaluari intelligunt, ſed quomodo uolũtaria dicenda ſit explicat D. Tho. in. 4. ſent. Turre. Crem. 25. diſ. C. qualis, Bonauẽt. in. 4. diſt. 20. par. 1. quæſt. 3. & Gabriel diſt. 14. q. 1. ar. 3. dub. 1. 4. li. ſent.*

*Ibidem Conclus: 17.*

NOS ſentimus, animas in Purgatorio, nõ propter ſolam pœnam, imo ptopter defectũ charitatis, laborare in pœna, quia hic noluerunt laborare, ad perfectionem.

*Conſolari à ſanctis angelis, & cõfirmari eas Scholaſtici Theologi produnt.*

*Conclus: 18.*

*Subtiliora hæc ſunt, potius q̃ neceſſaria.*

SI purgatorium ſolum eſt ſoluendarum pœnarum officina, & animæ in illo ſunt ſuo affectu, (ut ego ſentio) immundæ, nec ab eo ui

*Imò in eis charitas congaudet ne*

*ritati correctionis.*

*Imo mundantur, ſemperq. de criminib. detrahũt, alioqui enim nouũ ueterib. crimẽ adiicerent, neque plus haberẽt cõmodi, corpore ſolutæ, q̃ quæ ĩ corporib. uiuunt. Vide Apologet.*

tio purgantur, fieret Purgatorium idẽ quod Infernus, quia infernus eſt, ubi pœna eſt cum culpa manente &c.

*Ibidem*

EGO libere confiteor, me credere, *nullam animam redimi de pœnis purgatorii,* propter ſuũ timorem, donec poſito timore, & incipiat amare uoluntatem Dei in tali pœna, & plus Dei uolũtatem amet, quam pœnam timeat.

*Ibidem*

QVOD Auguſtinus ait, hic omne meritum comparatur poſt mortem nullum, non loquitur de Purgatorio, ſed omne meritum hic, non illic, id eſt non in Cœlo, aut Inferno, imo iuxta Auguſtinum, hic meritum illud comparatur, quo dignus ſit homo in Purgatorio ſuffragio iuuari, alioquin in Cœlo uel Inferno, nullum habet meritum quo mereatur ibi iuuari, ſed tunc quidem ad Purgatorium reſpexit, hic autem nequaquam.

*Conclus. 19.*

NOS quia, *credimus nullam in Purgatorium*

ne



*uenire, niſi ſit de numero ſaluandorum, certi ſumus de beatitudine illarum,* ſicut certi ſumus de electorum ſalute.

*Eadem*

PROBABILE eſt, *animas in purgatorio* præ confuſione neſcire, quo ſtatu ſint, an damnatæ uel ſolutæ, imò iam ſibi uideri ire in damnationem, & deſcendere in lacum, omninoq; iam eſſe in portis inferi, ſicut Ezechias dicit, Dominus deducit ad inferos & reducit. Igitur nil aliud ſentiunt quam incipere ſuam damnationem, niſi quod ſentiunt nondum clauſam poſt ſe portam inferi; nec dũ etiã dimitunt uotum & deſideriũ auxilii.

*Iſa. 38. 1. Reg. 2.*

*Eadem*

SI quis ad iudicium mortis inopinatus ueniat, puta incidens in latrones, qui dum intentant illi omni ex parte mortem, etiam ſi ſtatuerint eum terrere, non occidere, hic ipſi certi ſunt eum uicturum, ipſe uerò nihil niſi præſentiſſimam mortem uidet, atq. eo ipſo iam moritur, ſolũ id ſibi reliquum eſt, quod non dum ſit mortuus, poſſitq. redimi à morte, & ſi neſcit unde, uidet enim illos poſſe, ſed

X

nolle, Igitur uerè nihil differt à mortuo, Ita uidetur in pauore æternæ mortis fieri, quod non aliud quam æternam, ſibi ſentiunt immi nere ex omni parte damnationem, ſic canit Eccleſia pro eis: A porta inferi erue Deus animas eorum, & libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus. ſolum id reliquum ſcientiæ habent, quod Deus poſſit eos redimere, ſed nolle illis uidetur. damnati uero ſtatim huic malo addunt blaſphemiam, illi ſolam quærelam, & gemitum inenarrabilem, ſuſtentantia ſpiritum, hic enim fertur Spiritus ſuper aquas, ubi ſunt tenebræ ſuper faciem abyſsi & c.

*Non tā quærelā, quā gemitū puto, quo diuinā miſericordiā ĩterpellāt nam ſi eā pœnā, uolūtariè ſuſtinent, ut Theologi noſtri prodiderunt, placetq. illis affligi, quandiu Deo, placuerit, nō murmurant, neq. conquerantur, ſicut nec boni filii contra flagella patris.*

### *Eadem*

*Greg. 4. Dial. Ni ſi ſcirent ſe liberādos ſuffragia non peterent. Imò quod ad tempus retardentur à diuina uiſione, excludi enim à regno Dei, & carere multitudīe dulcedinis eius, tàm grandis pœna eſt, ut nulla poſsint tormenta, quæ nouimus ei cōparari.*

ETIAM ſi *animæ quæ ſunt in purgatorio*, nō optarent orationes, tamen noſtrum eſt earū labori condolere, & ſuccurrere oratione, ſicut quibus libet aliis, quantum libet fortiter patientibus.

### *Eadem*

CVM *animæ in purgatorio*, non adeo doleant pœna præſenti, quam horrore inſtantis ſibi, & in tentatæ perditionis, non eſt mirum



ſi cupiant ſuffragium, ut perſeuerent, & non deficiant in fiducia, cum uideantur incertæ de ſtatu ſuo; nec tam timeant pœnas Inferni, quàm odium Dei, quod eſt in Inferno ſicut dicitur, Non eſt in morte qui memor ſit tui, in Inferno autem quis confitebitur tibi, & ſic patet, quod non timore pœnæ patiuntur, ſed amore iuſticiæ, timent enim magis, ne nō laudent, & ament Deum, (quod fieret in inferno) quàm ne patiantur, & *hoc eorum ſanctisſimum, ſed anxioſisſimum deſiderium merito iuuat omnis Eccleſia quantum poteſt, maxime quando & Deus uult illos per Eccleſiam iuuari &c.*

### *Eadem*

QVILIBET Chriſtianus poteſt *ſuffragari orare, & ieiunare &c. pro animabus defunctis, & ſicut Papa cum tota Eccleſia ſuffragatur animabus* (quale fit in Die omnium defunctorum) ſic & Epiſcopi, & curati in diebus quos uocant cōmunes, & exequiis, & anniuerſariis.

*Conclus: 26. pag. 2. Fol. 120.*

OPTIME facit Papa, cum non poteſtate clauis, ſed per modum ſuffragii dat *animabus*

*quæ ſunt in Purgatorio remiſsionem*. Oportet enim diuerſum eſſe modum ſuffragii, à modo poteſtatis, Quod ſi ipſi Papæ (ſicut debemus) plus credemus, quam illis, & nobis ipſis, patet nullam poteſtatem ſed *ſuffragium ualere in Purgatorium.* tutius eſt mihi cum Papa ſentire quam cum illis, Papa non arrogat ſibi poteſtatem ſed Suffragium ſibi uendicat.

*Vtinã in hac ſententia perſtitiſſes.*

*Ibidem*

SATIS miror, qua fiducia illi contra expreſſam prohibitionē &c. Cum ex eo, plus audeant prædicare quam in literis Papæ cōtinentur, cum Suffragii modus ibi ſolum cōtineatur, quod ſi ſic intelligunt: non habet poteſtatem iuris dictionis in Purgatorium, ſed tamen habet poteſtatem clauium, applicandi ſuffragia in illud: hic dico ego, quod hoc nemo negat. *hæc enim poteſtas applicandi ſiue ſuffragia, ſiue ſactisfationes prorſus eſt in manu ſummi Pontificis.*

*Eadem Concl. fol. 122. pag. I.*

IMPENDITVR *ſuffragium animabus* reipſa, & officio præſenti, ſicut fit, cum ſacerdos cū populo orat, ieiunat, ſacrificat, aliaq; facit nominata opera pro nominatis animabus, de quo ſuffragio nulli dubium eſt, *quin uehementer proſit, & redimat animas* ſecundum quod Deo uiſum fuerit; & illæ meruerint, ſecundum B. Auguſtinum.



*Suffragia redimunt animas.*

*Ex diſputatione Lipſica de Purgatorio, contra Ekium Anno 1519. 8. Iulii eiuſdem impreſsionis Ioa. Luffi. fol. 268.*

EGO qui credo fortiter, imo auſim dicere, *ſcio Purgatorium eſſe*, *facile perſuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem*, quemadmodū illud Matthei, inducit Gregorius i Dialog. Non remittiur, neq. in hoc ſæculo, neq. in futuro, uolens quædam peccata remitti in purgatorio. Admitto & illud 2. Machabæ. 12. Sancta & ſalubris cogitatio, pro defunctis exorare, ut à pecatis ſoluantur.

*Scit eſſe Purgat.*

*Eadem.*

EGO nihil de *Purgatorio noui, niſi animas ibi pati, iuuandas operibus, & orationibus, noſtris* Paratus humiliter doceri, ſi quæ plura de ipſo poſſunt tradi.

*Vtinam ſemper tàm modeſtè.*

*Eadem*

TRIA per ordinem D. Doctor copioſiſſimè contra me proſecutus eſt; primùm Canonem S. Scripturæ comprehendere libros Machabeorum; Deinde Purgatorium probari etiam aliis Scripturæ locis. Reſpondeo. De primis duobus nulla eſt inter me, & Dominationem ſuam controuerſia, ideo non erat neceſſe, tot autoritates colligere ad eã rem, quam fortè conſtantius aſſirmo, quàm ipſe, *ut qui me ſcire profeſſus ſim eſſe Purgatorium.*

*Die. 9. Iulii fol. 271.*

EGO beatiſſimos Patres de numero Theologiſtarum, non facio, quia *Purgatorium cum ipſis confiteor.*

*Eadem.*

HYERONIMVS ad Galatas 6. bene oſtendit, quòd homines meritis ſuis iuuentur, in hac uita, ſed uocati antè tribunal, quod fit in morte, tunc non Iob nec Daniel poſſunt ſtare pro quoquam; loquitur enim Hyeron: de tribunali nouiſſimo *poſt finitum Purgatorium.*



*Eadem hora. 2. pomeridiana.*

FATEOR *quidem ſanctos in Purgatorio fuiſſe* imo nullũ in Purgatorio eſſe niſi ſanctũ &c.

*Idem in Reſponſionibus, ad Fratrem Sylueſtrum Prietatem, ad Conclus: 15. fol. 176.*

GRATIAS ago Chriſto, quod unam Romanam Eccleſiam, in terris ita ſeruat, ingenti, & quod ſolum poſſit probari fidem noſtram eſſe ueram, miraculo *ut nunquam à uera fide, ullo ſuo decreto receſſerit.*

*Idem Reſponſ. ad xx.*

HÆRETICVS ero, ſi poſtquam Eccleſia aliquid determinauerit, non tenuero &c.

*Idem Reſponſ. ad 33.*

SVMMI pontificis poteſtatem honoro ſicut decet.

FINIS

*D. Ioannes Damaſc. Orat. de Transfigu rat. Domini.*

ADVERSVS Eccleſiam inferorum portæ, hæreticorum ora, dæmonum organa, impetum quidem facient, ſed non præualebunt; arma quidem induēt, ſed non expugnabunt. Sagittæ paruulorum plagæ eorum fuerunt,& erunt. In ſuam enim perniciem mala fabricatur, qui ueritati obſiſtit.



# BARTHOL. VALVERDII GANDIÆ VILLENATIS, S. THE. D.

ex Sanctis Patribus Gnomologia, id eſt, in ſigniores aliquot ſententiæ, quibus Catholici, ĩ Fide, & Religiõe confirmãtur, & qui ab Eccleſia diſceſſerũt, red arguunt, & ab errore reuocãtur.

## *AD ILLVSTRISS. DOM. D. Iohannem Borgium Franciſci Ducis F. Philippi Reg. Cathol. apud Cæſarem, Legatum.*

### CAPVT I.

*Qui ſe pro Chriſtianis, hæreſiarcharum nominibus gaudent appellari, in eis illud Prophetæ non impleri: Vocabitur nomine nouo quo Dominus nuncupabit eum ex D. Ignatio, Epiſt. ad Magneſianos.*

DIGNOS NOS EXHIBEAMVS cognomēto quod accepimus qui enim alio nomine appellatur, præter illud, ſi nõ eſt Dei, non ſuſcipit prophetiam illã, quæ de nobis ait: Vocabitur nomine nouo,

1 *Ex Iſa.62. Lati. uocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.*